FABRO
Comentario

A
20-176

A
Sala 20
176

9-176
i 118103[illegible]8

8°
9 v. 4 – 1

A
20
176

Nr.

1
9-176

i 11810348

(2)

# PETRI FABRI
## CONSILIARII REGII LIBELLORVM EXMAGISTRI, ET IN SENATV THOLOSANO Præſidis,

## *COMMENTARIVS AD L. De Iuſtitia & Iure:*

## ITEMQVE DE ORIGINE IVRIS.




Apud Franciſcum Fabrum Lugdunenſem.

M. DCIV.

i 11821528

# AD L. I.
# DE IVSTITIA ET IVRE D.

*Vera philoſophia, Iuſtitia, Verecundia, Vtilitas, Simplicitas. Caſtigatur deprauatiſſimus Plutarchi locus.*

QVÆRI audio quid ſit quamobrem Vlpianus [a] noſter tam magnificè de ſe & ſentiat & ſcribat, vt veram non ſimulatam philoſophiam ſe affectare profiteatur. Quærendi ratio illa eſt, quòd cum Cicerone [b] merum Iuriſconſulti officium arctiſsimis & anguſtiſsimis finibus quaſique cancellis concludi plerique omnes arbitrantur: ſcribendo ſcilicet, reſpondendo, & cauendo, de ſtillicidiis, de aqua pluuia arcenda, de regundis finibus, & huiuſmodi reliquis, quæ non ita magni ad Rempublicam momenti ſunt, & ad pragmaticorum munus omnino ſpectant. At profectò cenſitores iſti magnam Iuriſprudentiæ Iuſtitiæque ipſius ſacerdotibus iniuriam faciunt: qui cum iis non modò acerbè ac duriter, ſed etiam adeò iniquè agunt, vt ipſorum agris & latifundiis id detrahant, quod alienis poſſeſsionibus queant adiicere: atque ita fines noſtros (ſi diis placet) ipſi peſsimi Iuriſconſulti regunt, quos equidem latiùs proferendos, & vnde ſumus deiecti eò reſtituendos eſſe cenſeo: & cur ita cenſeam, iudicio præditis nec iniquis hominibus probabo. Quæ de vera philoſophia noſtri ad hunc locum ante me ſcripſerint, nihil moror. Nam neque reprehenſos volo, primùm quia in eo explicando quod quærimus elaborauerunt: deinde quia non tantum eſt otij mihi ab re mea, hoc eſt ab ſtudiis literarum & iuriſdictione. Sequi verò pleroſq; nullo modo poſſum: quòd ipſos quò tentarūt non modò non perueniſſe, ſed ne acceſsiſſe quidem, aut verò etiam aſpexiſſe mihi planè perſuadeam. Noſtras itaque & de hac quæſtione, & de aliis quæ his aliquot libris exponentur opiniones (quod ſemel dictum ſit) proferam: aliorum non exagitabo ſententias. Id faciant quibus aliunde rerum ſatis non ſuppetit, & (per me quidem) in aliena opera reprehendenda, ſuam inſumant, vt lubet: ego meam (vt nunc quidem eſt) nimis infeliciter hac in re collocatam putarem. Ad Iuriſconſultos illos veteres olim ſic adibatur (auctore Tullio [c]) vt non ſolùm de omni iure ciuili, verùm etiam de omni officio, aut negotio ad eos referretur. Conficiendis teſtamentis, & contrahendis obligationibus adhibebantur, vt alio lo-

[a] l. 1. D. de iuſt. & iure

[b] pro Muræna.

[c] lib. 3. de Oratore.

co exponetur: & qui haſtas patronis (vt ait Cicero) ſubminiſtrarent, aduocabantur: Hinc aduocati dicti. Eorum quoque reſponſa iudices in proferendis ſententiis ita ſequebantur, vt etiam ne ab ipſis recedere poſſent, Iuſtinianus ab Impp. fuiſſe conſtitutum tradat [a]. Iidem Iuriſconſulti iura interpretabantur, & non tantùm de priuatorum iure, ſed etiam de publico, de magiſtratibus, de muneribus & honoribus, de ſacris, déque aliis quamplurimis quid obſeruaretur, ecquid ſtatui oporteret, exponebant: vtpote qui rerum diuinarum & humanarum prudentiam profitebantur. Quæ interpretatio proprium iuris ciuilis nomen obtinuit [b]. Itaque Iuriſconſulti iuris auctores & iuris conditores paſsim in libris noſtris nominantur, vt ab doctis quibuſdam viris plenius demonſtratum fuit. Adſidebant etiam magiſtratibus Iuriſconſulti, & conſiliariorum munus obibant. Sic Papiniani præfecti Prætorio Paulum & Vlpianum aſſeſſores fuiſſe conſtat [c]. Adhibebantur etiam à iudicibus in conſilium Iuriſperiti, vt monet Gellius [d]; nec ſolùm de ciuilibus cauſis, verùm etiam de criminalibus iudicabant. Idque ex eo ſatis colligitur, quod Vlpianus ait, in hac re cum primis laborare eos qui iuriſprudentiam, hoc eſt artem boni & æqui profitentur, vt ciues & propoſitis præmiis ad ea quæ iuſta ſunt peragenda inuitent atque alliciant: & verò conſtitutis, ſancitis, irrogatis pœnis, à facinorum perpetratione auocent atque deterreant, itáque omnes bonos efficiant: quæ qui procurat, is non modò veram philoſophiam affectat (quemadmodum Vlpianus de ſe modeſtiùs loquitur, tantum abeſt, vt arrogantiæ labes ei aſpergenda ſit) ſed etiam ſapientia ciuili ſe præditum ingenuè profiteri, vt poteſt, ita (meo quidem iudicio) conſtanter ac firmiter ſine vlla dubitatione debet. Nam ita quoque idem Vlpianus vbi non de ſe, verùm de re ipſa loquitur, & ciuilem ſapientiam & rem ſanctiſsimam nominat [e]. Et quemadmodum ſapientiam definit Cicero [f], rerum eſſe diuinarum atque humanarum ſcientiam, in qua contineatur deorum & hominum communitas, & ſocietas inter ipſos: ita nos de Iuriſprudentia loqui audacter poſſumus. Sed ne, quò me quidam velut animi æſtus auocat, abduci patiar: illa quæ ſunt artis eius, cuius & ſtudioſi ſumus & videri volumus, & quibus ea quæ modò diximus confirmantur, ſi lubet proponamus: aut potiùs ipſum Vlpianum loquentem audiamus. Eius hæc verba ſunt, *Iuſtitiam nanque colimus, boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram (niſi fallor) non ſimulatam philoſophiam affectantes.* Quod de æqui & iniqui notitia & ſeparatione liciti ab illicito Iuriſconſultus ait, hoc ita ex Ariſtotelis philoſophorum principis ſententia [g] exponendum ducimus: vt non ad nudam legum, Senatuſconſultorum, Edictorum, Conſtitutionum interpretationem pertineat: nam hæc profectò nulla magna ſapientia eſt ita noſſe quæ iuſta, quæque iniuſta ſint; quia ea de quibus loquuntur leges, intelligere difficile non eſt: ſed ad iuris dicendi, aut reſpondendi publicum munus, ad ipſam denique totam Reipub. adminiſtrandæ,

& iuris

a §. reſpōſa prudētum. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.

b l. 2. §. ita in ciuitate. D. de orig. iur.

c l. lecta. D. de reb. cred. l. Clodius. D. de acq. hered. Lāpridius in Alexandro. vide Briſſoniū ca. 12. lib. 1. Antiquit.

d libro 12. noct. Atti. cap. 13.

e l. 1. §. eſt quidem. D. de var. & extraor. cog.

f libro 1. Offic.

g libro 5. Eth. ad Nicom.

& iuris cuique publicè priuatímque tribuendi rationem. Nam quæ iuſta ſunt, ita demum eſſe idem philoſophus ait eiuſmodi, ſi certo quodam modo fiant, & certo quodam modo tribuantur. Id autem (inquit) operoſius eſt, quàm quæ ſalubria ſunt noſſe, &c. quæ apud Ariſtotelem ſequuntur, vbi ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γνῶναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι ὅτι περὶ ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν, οὐ χαλεπὸν ξυνιέναι, ἀλλ᾽ οὐ ταῦτ᾽ ἐστὶ τὰ δίκαια, ἀλλ᾽ ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ πῶς πραττόμενα καὶ πῶς νεμόμενα δίκαια· τοῦτο δὲ πλέον ἔργον ἢ τὰ ὑγιεινὰ εἰδέναι. *Simili modo quoque cognoſcere iuſta & iniuſta nullam ſapientiam eſſe exiſtimant propterea quòd minimè difficile eſt ea intelligere de quibus leges præſcribunt, Verùm hæc non ſunt iuſta niſi per accidens, certo nimirum quodam modo facta & adminiſtrata: Qui modus difficilia, quàm ſalubria ipſa cognoſcitur.* Quibus etiam congruit quod à Iuriſconſulto ſubiicitur de cura ac deſiderio efficiendi ciues bonos metu pœnæ ac ſpe præmij: quorum vtrumque vt legibus proponi ſolet, ita ſingulis (prout eorum eſt meritum) à magiſtratibus & iudicibus debere tribui, à ſcholaſticis autem interpretibus iuris ac magiſtris non poſſe manifeſtum eſt. Enimuero quod ait, bonos pœnæ vel præmij conſtitutione ciues effici, hoc ex mera itidem Ariſtotelis philoſophia depromptum eſt, qui pleroſque ait neceſsitate potiùs quàm ratione, mulctis & pœnis quàm honeſto ad obſeruanda iuris, hoc eſt Iuſtitiæ præcepta, id eſt ad honeſtè viuendum [a], neminem lædendum, ſuum cuique tribuendum, atque adeò ipſam virtutem excolendam adduci. Quamobrem eſſe qui exiſtiment à legiſlatoribus prouocandos bonos ad virtutem, prauos autem à vitiis pœnarum & ſuppliciorũ metu depellendos. Sic enim Ariſtoteles [b]: οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ λόγῳ πειθαρχοῦσι, καὶ ζημίαις ἢ τῷ καλῷ· διόπερ οἴονταί τινες τοὺς νομοθετοῦντας δεῖν μὲν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ προτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ χάριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶν τοῖς ἔθεσι προηγμένως, ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέροις οὖσι κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι. *Plerique enim neceſſitati potius quàm rationi & mulctis quàm honeſtati obediunt. Quapropter ſunt qui cenſeant legiſlatores inuitare ad virtutem & prouocare homines honeſtatis cauſa debere, eò quòd probi ex conſuetudine præcipuè obtemperati ſunt. Immorigeris autem, iiſque qui ſunt naturâ ineptiores, Caſtigationes & pœnas, irrogare.* Sanè Xenophon [c] legibus, quas βασιλικοὺς id eſt *Regias* vel *Imperatorias* vocat, eos qui iniuſta faciant, mulctari & puniri, iuſtos autem iuuari, id eſt (vt opinor) præmiis affici, ait in hæc verba, οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι οὐ μόνον ζημιοῦσι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσι τοὺς δικαίους. *Leges Regiæ non tantùm eos puniunt, qui iniuſta faciunt, ſed & iuſtos iuuant,* Adiicit, ὥστε ὁρῶντες πλουσιοτέρους γιγνομένους τοὺς δικαίους τῶν ἀδίκων, πολλοὶ καὶ φιλοκερδεῖς ὄντες εὖ μάλα ἐπιμένουσι τῷ μὴ ἀδικεῖν. *Itaque multi qui etiam lucrum ſectantur, cùm vident iuſtos iniuſtis fieri ditiores, libenter permanent inſontes;* &c. ſic locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia & pares pœnæ cohortãtur, vt ait Plinius [d] ad leges Iuliam, Papiam, Poppæam aſpiciens: de quibus videatur Vlpianus in Titulis. Rectè itaque Pane-

a l. iuſtitia. D. de iuſt. & iure.

b lib. vlt. Ethic. Nicom.

c in œconomico.

d in panegyr. Traiani.

gyriſtes, & ad ea quæ modò dicebamus appoſitè in panegyrico qui Maximiano & Conſtantino dictus eſt, de iis legibus in hæc verba ſcribit. Quare ſi leges hæ quæ mulcta cœlibes notauerunt, parentes præmiis honorarunt, verè dicuntur eſſe fundamenta Reip. quia ſeminariũ iuuentutis & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt. [a libro 54.] Huc pertinet quod Dio [a] de iiſdem legibus, quæ Imperatore Auguſto latæ ſunt, prodidit: ὁ δ' οὖν Αὔγουστος ἄλλα τε ἐνομοθέτησε καὶ τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν, εἶρξε, τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια ἐπέταξε, καὶ ἔμπαλιν τοῦ τε γάμου καὶ τῆς παιδοποιίας ἆθλα ἔθηκεν, &c. Et [b lib. 56.] quod Auguſtus apud ipſum Dionem [b], vbi de nuptiis & procreatione liberorum, ἐγὼ δὲ ἐπηύξησα μὲν τὰ ἐπιτίμια τοῖς ἀπειθοῦσιν, ἵνα φόβῳ τοῦ περιπεσεῖν αὐτοῖς σωφρονίζησθε. ἔθηκα δὲ καὶ ἆθλα τοῖς πειθαρχοῦσι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἡλίκα καὶ οἷα ἐπ' οὐδεμιᾷ ἄλλῃ ἀνδραγαθίᾳ δίδοται, ἵνα εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, διά γε ταῦτα καὶ γαμεῖν καὶ παιδοποιεῖν ἀναπείθησθε. At cur ait Vlpianus veram ſe, non ſimulatam philoſophiã affectare? aut quæ tandem illa eſt vera, quæ rurſum ſimulata philoſophia? Veram philoſophiam interpretor, eius ſapientiæ ſtudium, quam virtutem politicam alij, noſter Vlpianus (vt dixi) ſapientiam ciuilem, [c in epiſtolis.] Iulianus Imp. [c] πολιτικὴν φιλοσοφίαν vocat. Ac ne quis forſitan miretur quòd quam ſapientiam nominamus, eadem virtutis etiam nomine à nobis honeſtatur, adſcribam Appuleij Philoſophi Platonici authoritatem: [d in libro de philoſophia.] qui alicubi [d] ſic ferè loquitur, Ciuilitatem quam Politicen vocat Plato, ita rectè à nobis intelligi, vt eam eſſe ex virtutum numero ſentiamus: nec ſolum agentem atque in ipſis adminiſtrationibus, verùm ſpectari ab ea vniuerſa, atque diſcerni. Sed quod ad eam rem, qua de agimus, aptius, apertius, probabilius teſtimonium adferri poteſt, quàm quod illa ſuggerunt, quæ ex Socrate apud Xenophontem [e lib. 3. de fact. & dict. Socrat.] [e] didici? Cùm ea quæ iuſta, bona & honeſta ſunt, omnia virtute ſola & à ſolis ſapientibus fiunt, ex eo neceſſariò conſequi, vt iuſtitia & quælibet alia virtus meritò ſapientia vocetur. Οὕτω, inquit, καὶ τὰ καλά γε καὶ ἀγαθὰ τοὺς μὲν σοφοὺς πράττειν, τοὺς δὲ μὴ σοφοὺς οὐ δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἐγχειρῶσιν, ἁμαρτάνειν. ἐπεὶ οὖν τά τε δίκαια, καὶ τὰ ἄλλα καλά τε καὶ ἀγαθὰ πάντα ἀρετῇ πράττεται, δῆλον εἶναι ὅτι καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα ἀρετὴ σοφία ἐστί. *Sic quæ honeſta & bona ſunt, ſolos ſapientes facere, Inſipientes autem non poſſe, & ſi conentur aberrare. Quandoquidem igitur iuſta, aliáque bona & honeſta omnia virtute fiunt, liquere & iuſtitiam & omnem aliam virtutem ſapientiam eſſe.* Vbi obiter notandum eſt, quod [f libro 6. ethic. ad Nicom.] ait Xenophon σοφίαν *ſapiẽtiam*, id ea de re locutum Ariſtotelem [f] vocare ἐπιστήμην, *ſcientiam*: Σωκράτης μὲν οὖν (inquit) λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι· ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας. *Socrates quidem virtutes exiſtimabat eßerationes, ſcientias enim eas eſſe omnes dicebat.* Hæc verò ciuilis ſapientia (ſic enim, ſi placet, ſemper nominemus) pars eſt eius philoſophiæ, in qua de moribus agitur, & vocatur ἠθική. Hanc partem primus apud Græcos ſummus philoſophus & idem optimus legiſlator Solon excoluit, cæterique qui apud eos à ſapientia nomen inuenêre,

præter

præter vnum Thaletem qui & ipſe ex ſeptem fuit. Etenim ita ferè ſcriptum apud Plutarchum [a] legimus, φιλοσοφίας δὲ τοῦ ἠθικοῦ μάλιστα τὸ πολιτικὸν ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἠγάπησεν, *In philoſophia, eam moralis partem quæ eſt de ciuilibus rebus vt eius æui plerique omnes ſapientes, ſummopere dilexit*: & paulò pòſt, καὶ ὅλως ἔοικεν ἡ Θάλεω μόνον σοφία τότε περαιτέρω τῆς χρείας, ἐξικέσθαι τῇ θεωρίᾳ, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπὸ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς, τοὔνομα τῆς σοφίας ὑπῆρξε. *Vni tantùm eo tempore Thaleti ea demum ſapientia videbatur, quæ contemplatione res agendas tranſcenderet. cæteri à virtute ciuili ſapientium nomen ſunt adepti.* Ea tamen in re à Solone ſapientes reliqui, vt Pittacus & Bias, & qui poſtea vixerunt, vſque ad Anaxagoram, diſcreparunt: quòd eorum plerique ſola doctrinæ ipſius profeſsione contenti, à negotiis ciuilibus abſtinuêre contrà quàm Solon fecerit. Sic enim Socrates apud Platonem [b] ex Hippia quærit: ἄταρ, ὦ Ἱππία, τί ποτε τὸ αἴτιον, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε, καὶ Βίαντος, καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλλεῶ, καὶ ἔτι τῶν ὕστερον μέχρις Ἀναξαγόρου· ὡς ἢ πάντες, ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων. *Cæterùm quid cauſæ eſt, ô Hippia, quòd Priſci illi quorum nomina à ſapientia magna prædicantur, Pittacus, Bias, & Mileſius Thales, cæterique qui poſtea vixerunt ad Anaxagoram vſque, quòd inquam vel omnes, vel plerique à negotiis ciuilibus abſtinuiſſe ſeſe comperiuntur.* Rectiùs verò Solon, quàm aut Thales, aut ipſe illorum quæ iam iámq; adſcripſimus author Plato: rectiùs (inquam) & Reipubl. vtiliùs, quàm illi etiam docuerint, ſe geſsit Solon: id autem non meo tantùm, ſed poetæ clariſsimi Claudiani iudicio. Apud [c] eum enim Diua quædam Manlium Theodoſium de conſulatu ineundo alloquitur:

> *Iam ſatis indultum ſtudiis, Muſæq; tot annos*
> *Eripuêre mihi, pridem te iura repoſcunt:*
> *Aggredere & noſtro rurſum te redde labori, &c.*
> ---- *Melius magnóque petendum*
> *Credis in abſtruſa rerum ratione morari?*
> *Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis*
> *Erexêre magis quàm qui reſponſa ſecutus*
> *Obijcit Eoas claſſes, vrbémque carinis*
> *Vexit, & arſuras Medo ſubduxit Athenas.*

Hanc Solonis ſectam Mneſiphilus ſecutus eſt: qui cùm nec orator eſſet, nec ex eorum numero qui Phyſici vocantur, circa res agendas potiſsimùm verſatus eſt, doctrinámque ſuam & ſapientiam ad vſum ciuilem, & totius Reipubl. vtilitatem prorſus accommodauit: id quod Themiſtocles, ipſius Mneſiphili exemplo, poſtea itidem fecit. Veram itaque Solon. Mneſiphilus atque Themiſtocles ſapientiam excoluerunt. Cùm autem ſapientia niſi in aliquo actu fuerit, quo vim ſuam exerceat (malim *exerat*) inanis & falſa ſit, teſte Lactantio [d]. Ab hac in rebus agendis exercitatione, ipſáque adeò conſtituendæ, regendæ, & conſeruandæ Reipubl. peritia, qui ſe ad forenſes controuerſias agendas atque diſceptandas, id eſt ad ſola verborum, aut potiùs numorum

[a] in Solone ſub initium.

[b] in Hippia maiore.

[c] in Panegyrico in Manlij Theodoſij conſulatū.

[d] cap. 16. lib. 3. inſt.

(vt ita dicam) aucupia contulerunt, vt paulatim omnia in deterius abeunt, philoſophorum nomen cum veritate amiſêre: ſophiſtarum probroſam atque inhoneſtam appellationem, quæ iure meritóque huius temporis pragmaticis & circumforaneis rabulis tribuatur, inuenêre. Cuius rei quod locupletius, firmius, verius teſtimonium eſſe poteſt, quàm Plutarchi illius & in vera iſta, & in omni philoſophia exercitatiſsimi? Is igitur in Themiſtocle ſic ſcribit, *μᾶλλον οὖν ἄν τις προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου τὸν Θεμιστοκλέα τοῦ Φρεαρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν, οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν φυσικῶν κληθέντων φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν, καὶ δραστήριον σύνεσιν ἐπιτήδευμα πεποιημένου καὶ διασώζοντος, ὥσπερ αἵρεσιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Σόλωνος· ἣν οἱ μετὰ ταῦτα δικανικαῖς μίξαντες τέχναις, καὶ μεταγαγόντες ἀπὸ τῶν πράξεων τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τοὺς λόγους, σοφισταὶ προσηγορεύθησαν. Magis eorum videtur ſentētia amplectenda qui Themiſtoclem inquiunt fuiſſe Mneſiphili cuiuſdam Phalerei ſectatorem, hic nec Rhetor erat, nec ex ijs philoſophis qui phyſici dicebantur, ſed genus illud philoſophandi, quod ſapientiam tū vocabant quæ ſolertia quædam ciuilis erat & acris prudentia, excoluerat, & tanquā ſectam olim à Solone acceptam retinuerat. Quam qui ſecuti ſunt, cum artibus forenſibus immiſcerent, eiúſque vſum à factis ad verba transferrent ſophiſtæ ſunt cognominati.* Sophiſtarum nomen ab initio fuit honorificum: quippe quòd Soloni & Pythagoræ antiquitus inditum, & comœdiarum, & hiſtoriarum ſcriptores memoriæ prodiderint. Poſtea verò quàm Protagoras [a], Prodicus, Gorgias conſtituto pretio ſuis auditoribus venditarunt, quaſíque proſcripſerunt ſapientiam, huius (vt nummi ſolet) ita nominis honos, vis ac poteſtas cadere, vileſcere ac (propè dixerim) interire cœpit, vt eſt apud Themiſtium in Sophiſta [b]. Denique hi qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſopharentur, Sophiſtæ appellati ſunt (vt ait Cicero [c]) in quos Iſocrates orationem hac de re ſcripſit, quæ *κατὰ σοφιστῶν contra Sophiſtas* inſcribitur. Nam *τὸ κηρύττειν ἑαυτὸν* (ait Syneſius [d]) *καὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ ἐπιδείξεως, οὐ σοφίας, ἀλλὰ σοφιστείας ἐστίν. Prædicare ſeipſum & omnia ad oſtentationem facere non eſt ſapientum ſed ſophiſtarum.* Quos autem eſſe intellexerit Sophiſtas Iſocrates, exponit Ariſtides [e]: cùm ait *αὖθις δ' Ἰσοκράτης σοφιστὰς μὲν τοὺς περὶ τὴν ἔριν, καὶ τούς, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, διαλεκτικούς, φιλόσοφον δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ τοὺς περὶ τὴν πολιτικὴν ἕξιν φιλοσόφους. Rurſus autem Iſocrates, eos ſophiſtas dixit, qui diſceptationibus dant operam, ſéque ipſi dialecticos appellant, ſe autem, Rhetoréſque atque eos qui negotijs ciuilibus incumbunt philoſophos.* Oſtentationem cùm dixit Cicero, *τὰς ἐπὶ τῶν λογιδίων ἐναντιώσεις*, (vt Iſocrates loquitur) & eam intelligi voluit quæ tota in verbis conſumitur, nec ad res ac negotia Reip. transfertur, operam: hoc eſt, futilem & inanem atque otioſam (vt ait Quintilianus [f]) diſputationem: futilem dico ac puerilem meditationem argutiarum, quæ nihil ad vitam neque tuendam, neque ordinandam promoueat, & in ea tamen deſides, ignaui, maléque feriati homines conſeneſcant: qui obtentu philoſophiæ nominis, inutile otiū, & linguę vitæque tenebras ſequuntur, vt eſt apud A. Gellium.

a de quo vide Gellium lib. 5. noct. Attic. ca. 3. & 10.
b orat. 4.
c in Academ. 2.
d epiſt. ad Orum.
e ἐν τῷ κοινῷ ἀπολογίᾳ.
f cap. 1. lib. XI. inſtit. orat.

ſium [a].Hi verò cùm ſe perpetuæ deſidiæ tradant, nullámque virtutem capeſſant:& omnem ſuam vitam nihil aliud quàm in loquendo peragant:quid aliud(ait Lactantius [b])quàm inertes putari debent? Reprehendit quidem ipſos & apertè culpat Seneca literarios philoſophos nominans tanquam in apicibus literarum ſyllabíſque aucupandis operam inſumant, quo loco ad Lucilium [c] ſic ferè ſcribit (lubet enim verba quæ mendoſa ſunt in impreſsis, vt caſtigentur, atque ſicuti oportet expendantur, proponere) Erige te Lucili virorum optime,& relinque iſtum ludum literariorum (ſic enim ex manu ſcripto Monionſij codice reponimus pro *literarium*) philoſophorum qui rem magnificentiſsimam ſyllabas vocant, qui animum minuta docendo dimittunt & conterunt. Fias (ſic in vetuſto quod placet, non *fies*) ſimilis illis qui inuenerunt iſta, non qui docent,& id agunt vt philoſophia potius difficilis quàm magna videatur. Et alio loco [d], quem ex manu ſcripto itidem codice ob eandem rationem exſcribemus integrum. Philoſophi quantum(ait)habent ſuperuacui, quantum ab vſu recedentis. Ipſi quoque ad ſyllabarum diſtinctiones & coniunctionum ac præpoſitionum proprietates deſcenderunt, & tanquam grammaticis inuiderent (ſic lego pro *inuidere*, quod manuſcriptus tamen & impreſſus habent) & geometris: Quicquid in illorum artibus ſuperuacuum erit, transtulêre in ſuam. Sicque factum eſt, vt diligentiùs ſcirent loqui, quàm viuere. Quos meritò non ſapientes, ſed ſophiſtas potiùs nominandos cenſet Lucianus: cuius hæc verba ſunt [e], ἐρωτᾷς, ὦ μειράκιον, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο, καὶ πάνδημον ὄνομα σοφιστὴς αὐτὸς εἶναι δόξῃς. *Rogas ô adoleſcens, quomodo Rhetor fieri, & auguſtiſsimum illud ampliſsimúmque Sophiſtæ nomen conſequi poſſe videaris.* & alio loco [f], ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι σοφισταὶ ἂν εἰκότως μᾶλλον ἢ σοφοὶ καλοῖντο. *Quandoquidem qui in verbis tantum ſeſe exercent, meritò ſophiſtæ magis quàm ſapientes nominabantur.* Quibus Xenophontis teſtimonium quin adſcribam; tenere me non poſſum. Is igitur de venatione vbi in Sophiſtas excurrit, ſic loquitur: θαυμάζω δὲ τῶν σοφιστῶν καλουμένων, ὅτι φασὶ μὲν ἐπ' ἀρετὴν ἄγειν οἱ πολλοὶ τοὺς νέους, ἄγουσι δ' ἐπὶ τοὐναντίον, *Miror autem eos qui ſophiſtæ vocantur, quòd ſe iuuenes ad virtutem prouehere dicant eorum multi, quos ab ea prorſus auertunt,&c.* μέμφομαι οὖν αὐτοῖς τὰ μὲν μεγάλα μειζόνως, περὶ δὲ ὧν γράφουσιν ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτοῖς ἐζήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, αἷς ἂν παιδεύοιντο οἱ νεότεροι ἐπ' ἀρετὴν, οὐδαμοῦ, *Vitia eorum maiora magis vitupero, ſcripta verò eam ob cauſam quòd verba illis exquiſita ſint, rectas autem ſententias quibus iuniores ad virtutem inſtituentur negligant,&c.* ὀνόματα μὲν γὰρ οὐκ ἂν παιδεύσειαν, γνῶμαι δὲ, εἰ καλῶς ἔχοιεν. ψέγουσι δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοὺς νῦν σοφιστὰς, καὶ οὐ τοὺς φιλοσόφους, ὅτι ἐν τοῖς ὀνόμασι σοφίζονται, καὶ οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι. *Non enim verba, ſed ſententiæ ſi honeſtæ fuerint vitam inſtituunt. Vituperant autem & alij multi ſophiſtas iſtos noſtri ſæculi, non philoſophos, quòd in verbis collidi in rebus ipſis nulli ſint,* Denique hæc eſt ſophiſtarum oſtentatio, vt de rebus atque ſententiis non laborent, in verborum explicatione ingenioſi

a lib. 10. c. XXII.

b lib. 3. inſtit. cap. 16

c epiſt. 71

d ad finem epiſt. 89.

e ex dialogo cui titulus ῥητόρων διδάσκαλος

f in Hippia

videri velint. Horum profeſsioni, (quam ſophiſticam aut eum Syne-
a epiſt. 6. lib. 1. ſio Sophiſtiam vocare, & his ab Horatio [a] verbis,

----*virtutem verba putas, vt*
*Lucum ligna*---

notatam poſsis dicere) illa contraria eſt, quæ non in oſtentatione verboſa, non in meditatione conſiſtit, ſed in actione tota verſatur. Non
b epiſt. 16. eſt philoſophia (inquit alicubi [b] Seneca) populare artificium, nec oſtentationeparatum. Non in verbis, ſed in rebus eſt: nec in hoc adhibetur vt cum aliqua oblectatione conſumatur dies, vt dematur otio nauſea. Animum format & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat. Ideóque hanc philoſophiam ita
c d. cap. 22. lib. 10. & cap. 8. li. 13. Gellius [c], & rectè (quomodo mea fert opinio) definit, vt ſit virtutum omnium diſciplina, quæque in publicis ſimul & priuatis officiis excellat, ciuitatéſque & Rempubl. ſi nihil prohibeat, conſtanter & fortiter, & peritè adminiſtret. Igitur non ab Vlpiano tantùm vera philoſophia nominatur, ſed etiam à M. Tullio: cuius hæc verba ſunt ad M.
d epiſt. iv. lib. xv. ep. ad familia. Catonem [d], Hæc igitur quæ mihi tecum communis eſt ſocietas ſtudiorum atque artium noſtrarum, quibus à pueritia dediti ac deuincti ſoli propemodum nos philoſophiam illam veram & antiquam (quæ quibuſdam otij eſſe ac deſidiæ videtur) in forum atque in Rempubl. atque in aciem penè deduximus: tecum agit de mea laude, cui negari à
e in vita Iſocratis. Catone fas eſſe non puto. Itémque ab Dionyſio Halycarnaſſeo [e]: καὶ εἴτις (inquit) ἐπιτηδεύει τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν, μὴ τὸ θεωρητικὸν αὐτῆς μόνον ἀγαπῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ πραγματικὸν, μηδ᾽ ἀφ᾽ ὧν αὐτὸς ἄλυπον ἕξει βίον προαιρούμενος, ἀλλὰ ἐξ ὧν πολλοὺς ὠφελήσει, παρακελευσαίμην ἂν αὐτῷ τὴν ἐκείνου τοῦ ῥήτορος μιμεῖσθαι προαίρεσιν. *Quòd ſiquis veram philoſophiam amplectitur, ſola rerum contemplatione non contentus, ſed actione virtutis etiam occupatus, neque vnde vitam cum otio traducat quærit, ſed omnibus prodeſſe ſtudet, huic ego author ero vt oratoris huius imitetur inſtitutum.* Suadet ibi Dionyſius, vt qui verã philoſophiam colit, quæ non meditandarum, ſed agendarum rerum peritia, vel ipſa potius actio eſt, & non ad priuatum philoſophi quæſtum, ſed ad communem vtilitatem ſpectat, Iſocratem imitetur. Hic etiam ſi orator fuerit, attamen philoſophus in Republ. dici poteſt. Qua ratione Ariſtidem, Lycurgum, Solonem, Epaminondam philoſophos in Republ. vel ſecundum genuinam & veram Rhetoricam oratores exiſtimari
f in orat. περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης. oportere Dio Chryſoſtomus docuit [f] in illo loco, in quo ſic eſt: Ἀριστείδην μὲν γὰρ καὶ Λυκοῦργον, καὶ Σόλωνα, καὶ Ἐπαμινώνδαν, καὶ εἴτις ἕτερος, φιλοσόφους ἐν πολιτείᾳ θετέον, ἢ ῥήτορας κατὰ τὴν γνησίαν τε καὶ ἀληθῆ ῥητορικήν. *Ariſtides, Lycurgus, Solon, Epaminondas, ſique ſunt alij, Rhetoréſque qui germanam & veram Rhetoricam ſectantur inter philoſophos politicos reponendi ſunt.* Chryſoſtomi Dionis exemplo Syneſius
g epiſt. 103. ad Pylæmenem [g] τὴν ὀρθὴν καὶ γνησίαν ῥητορικήν, *Rectam & inge-*
h περὶ ἐνυπνίων. *nuam Rhetoricam.* Et alibi [h], τελειοτάτην, *excellentiſsimam* nominat: quam Nicephorus Gregoras eſſe τὴν ἀρχαίαν σοφιστικὴν, *priſcam illam ſophiſticen* interpretatur, ἣν ῥητορικὴν φιλοσοφοῦσαν Φιλόστρατος ὁ Λήμ-

νιος

νιος καλεῖ ἐν τοῖς βίοις τῶν Σοφιστῶν. διελέγετο μὲν τοι ἡ ἀρχαία σοφιστικὴ περί τ' ἀνδρείας περί τε δικαιοσύνης, ἡρώων τε περὶ καὶ θεῶν, καὶ ὅπῃ ἀπεσχημάτισται ἡ ἰδέα τοῦ κόσμου. *Quam philoſophantem Rhetoricam Philoſtratus Lemnius in Sophiſtarum vitis nominat. Diſſerebat porrò antiqua illa Sophiſtice, de fortitudine, de iuſtitia, de heroibus atque diis, & quomodo orbis facies fuerit deformata.* Eò fit vt politicus (ſiue is Iuriſconſultus eſt, ſiue orator) veram philoſophiam profiteatur, non ſit ſophiſta, non ſimulatus, ſed verus philoſophus: qui non meditatur tantummodo, ſed quæ etiam didicit, ad communem Reipub. vtilitatem omnia referre, quoad eius poteſt, nititur: Itaque Quinctilianus quodam loco [a] virum ciuilem verè ſapientem eſſe ait, qui ſe non otioſis diſputationibus, ſed adminiſtrationi Reipubl. dederit: à qua longiſsimè iſti qui philoſophi vocantur, receſſerunt. Et alibi [b] velle ſe ait illum quem inſtituit Oratorem Romanum quendam eſſe ſapientem, qui non ſecretis diſputationibus, ſed rerum experimentis atque operibus verè ciuilem virum exhibeat. Plinius [c] quoque ad Arrium Clementem vbi de Eufrate philoſopho loquitur: Adfirmat etiam (inquit) eſſe hanc philoſophiæ, & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiam, quæque ipſi doceant in vſu habere. Hoc ita ſi ἀφ' ὧν αὐτὸς ἄλυπον ἕξει βίον, *Vnde vitam cum otio, ab omníque moleſtia vacuam traducat* (vt eſt apud Dionyſium) ſi quæſtum (vt ait Cicero) ſi (vt Iuriſconſultus loquitur) pecuniam contemnat, mercenariam operam ſpernat. Quod ſi non facit, ſophiſtę potiùs (quem Plato [d] ita definit, vt ſit νέων πλουσίων, ἐνδόξων ἔμμισθος θηρευτής, *Adoleſcentum diuitum & illuſtrium, conductitius venator*) ac ſimulati quàm veri philoſophi nomen meretur. Sophiſtam cùm dicimus proſtibulum quaſi quoddam cum Xenophonte [e] intelligimus: apud quem Socrates, καὶ τὴν σοφίαν ὡσαύτως τοὺς μὲν ἀργυρίου τῷ βουλομένῳ πωλοῦντας σοφιστὰς, ὥσπερ πόρνους ἀποκαλοῦσιν, *Sapientiáq́ſ ſimiliter cuiuis volenti pretio vendentes Sophiſtas, proſtibula quædam appellare ſolent.* Etenim nihil aliud Sophiſta ſibi proponit, quàm lucrum & quęſtum cum illa oſtentatione quam diximus. Non modò communem vtilitatem non quærit, ſed nec de priuati cuiuſquam commodo cogitat, ſuo tantùm proſpicit quæſtui: ac ne de ſe quidem, vt ſit aliqua ſapientia præditus: ſed oſtentandi ac venditandi ſui gratia, vt ſophiſta paſsim vocetur, id agit, in eo maximè laborat. Nam ita Xenophon [f], οἱ σοφισταὶ δ' ἐπὶ τῷ ἐξαπατᾶν λέγουσι καὶ γράφουσιν, ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κέρδει, καὶ οὐδένα οὐδὲν ὠφελοῦσιν· οὐδὲ γὰρ σοφὸς αὐτῶν ἐγένετο οὐδείς, οὐδ' ἔστιν· ἀλλὰ καὶ ἀρκεῖ ἑκάστῳ σοφιστὴν κληθῆναι, ὅ ἐστιν ὄνειδος παρά γε εὐφρονοῦσι. τὰ μὲν οὖν τῶν σοφιστῶν παραγγέλματα παραινῶ φυλάττεσθαι, τὰ δὲ τῶν φιλοσόφων ἐνθυμήματα μὴ ἀτιμάζειν· οἱ μὲν γὰρ σοφισταὶ πλουσίους καὶ νέους θηρῶνται, οἱ δὲ φιλόσοφοι πᾶσι κοινοὶ καὶ φίλοι, τύχας δὲ ἀνδρῶν οὔτε τιμῶσιν, οὔτε ἀτιμάζουσι, *Sophiſtæ ad fallendum & dicunt & ſcribunt, vt lucrum faciant & nihil cuiquam proſunt. Nam ex his nec fuit nec eſt ſapiens vllus: ſed id cuique eorum ſat eſt ſi ſophiſta nominatur, quod ſanæ mentis hominibus probroſum eſſet. Moneo ergo Sophiſtarum præcepta vi-*

a lib. 11. inſtit. orat. cap. 1.

b c. 2. li. 12.

c lib. 1. epi.

d in Clitophonte.

e lib. 1. de dic. & fac. Socrat.

f lib. de venatione.

*tanda eſſe, philoſophorum verò ſententias non aſpernandas. Nam Sophiſtæ aucupantur eos qui diuites ſunt & iuuenes, philoſophi autem omnibus communes & amici, fortunas autem hominum vt non obſeruant, ita nec contemnunt.* Contra philoſophus pecuniam & quæſtum omnem aſpernatur, nec ſibi ſed vtilitati communi ſtudet. Huc pertinet quod Papinianus ait, philoſophis tutelas & munera ſordida corporalia remitti, non ea quæ ſumptibus expediuntur placuiſſe: Etenim verè philoſophantes pecuniam contemnunt, cuius retinendæ cupidine fictam aſſeuerationem detegunt [a]. Veram igitur philoſophiam qui profitentur, & diuitias contemnendas eſſe docent, & ipſi quæſtum reiiciunt ac reſpuunt: vnde medicus apud Quintilianum [b] nihil videri habere philoſophiam præſtantius dicebat (more tamen declamatorio) quàm quòd paucis contenta eſt, ampliores opes non deſiderat. Qui contrà faciunt, virtutem cauponantur, & velut in foro venalem omnibus proponunt. Quamobrem à Luciano ridentur, cùm ait [c], *καὶ ταῦτα μὲν οὖν γελοῖα ἡγεῖτο, μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων· ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς. ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάξοντα, πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων.* A Seneca autem grauiſſimo illo philoſopho exagitantur [d] in hæc verba: Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quàm qui philoſophiam veluti aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter viuunt, quàm viuendum eſſe præcipiunt. Exempla enim ſeipſos inutilis diſciplinæ circumferunt, nulli non vitio quod inſequuntur, obnoxij. Imò verò retinendæ pecuniæ cupidine fictam aſſeuerationem detegunt (vt Papiniani verbis vtar) ſimulata hæc illorum eſt philoſophia, qui non in pectore, ſed in labiis (ſicuti Lactantius Firmianus [e] loquitur) habent bonitatem: & (quemadmodum Lucianus ſcribit) cùm aliud in animis occultum habeant & ſimulent, aliud loquantur, ſummis labris philoſophantur: & non philoſophi, ſed philoſophorum ſimioli potiùs dicendi ſunt. Sic enim is autor alicubi ſcribit [f], *πίθηκος ὤν, καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν, καὶ ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγων,* &c. Nec mirum, cùm horum (vt Impp. aiunt [g]) profeſsio & deſiderium inter ſe diſcrepent: quippe qui dum ſe philoſophos eſſe aſſeuerant, interim auaritiæ vincuntur cæcitate. Intolerabilem eſſe rem inquit Seneca [h], poſcere nummos & contemnere. Indixiſti pecuniæ odium, & hoc profeſſus es, hanc perſonam induiſti, agenda eſt. Iniquiſsimum eſt te pecuniam ſub gloria egeſtatis adquirere. Hactenus ille. Non ita Socrates: qui vt publicè ciuibus Athenienſibus prodeſſet, moralem, id eſt veram philoſophiam gratis nulla ſpe mercedis propoſita docebat: *ἐκεῖνος γὰρ* (ait Xenophon [i]) *πολλοὺς ἐπιθυμητὰς, καὶ ἀστοὺς καὶ ξένους λαβὼν, οὐδένα πώποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο, ἀλλὰ πᾶσιν ἀφθόνως ἐπήρκει τῶν ἑαυτοῦ. ὧν τινες μικρὰ μέρη παρ' ἐκείνου προῖκα λαβόντες πολλοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπώλουν, καὶ οὐκ ἦσαν ὥσπερ ἐκεῖνος δημοτικοί. τοῖς γὰρ μὴ ἔχουσι χρήματα διδόναι, οὐκ ἤθελον διαλέγεσθαι, Multos namque cupidos ſui habens tum ciues tum hoſpites nullam vnquam mercedem ſuæ doctrinæ exegit,*

a l. in honoribus. §. philoſophis. D. de vacat. & excuſa. mun.
b declam. 268.
c in Nigrino, ἢ περὶ φιλοσόφου ἤθους.
d epiſt. 119.
e lib. 3. inſti. cap. 16.
f in apologia περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.
g l. 6. C. de mun. patri. lib. x.
h lib. 2. de benefic. cap. 17.
i lib. 1. de dict. & fac. Socrat.

*exegit, ſed omnibus liberaliter & ſine inuidia ſuam communicabat ſcientiam, cuius cùm paruam alij partem accepiſſent, magno vendebant, nec erant vt ille, populares ſed cum ijs qui pecuniam dare non habebant diſſerere non recuſabant.* Denique veros philoſophos omnes hoc primum profiteri oportet, mercenariam ſe operam ſpernere. Itaque Præſes prouinciæ qui de mercedibus ſolet ſtudiorum liberalium præceptoribus & profeſſoribus extra ordinem ius dicere, philoſophis non dicet: nam quod ad hanc rem attinet, profeſſorum numero non ſunt, vt ait Vlpianus [a]: qui & in iuris ciuilis profeſſoribus, idem quod in philoſophis obſeruandum tradit, in hæc fere verba, Proinde ne iuris quidem profeſſoribus ius dicet. Addit rationem, Eſt quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, ſed quæ pretio numario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda: dum in iudicio honor petitur, qui in ingreſſu ſacramenti offerri debuit. Quædam enim tametſi honeſtè accipiantur, inhoneſtè tamen petuntur. Hactenus Vlpianus [b]. Hîc autem ſi me roget aliquis, cur Vlpianus dicat numario pretio ciuilem ſapientiam æſtimari non debere: illi ego, quia exemplum philoſophorum ad Iuriſconſultos protraxit Vlpianus, ipſum ita iudicaſſe reſpondero: Ciuilem ſapientiam ſiue iuriſprudentiam, & politicam veræ philoſophiæ titulo cenſeri, ac meritò quidem: cùm & veteres iuris magiſtri (authore [c] A. Gellio) ſapientes appellati ſint. Veram autem philoſophiam vſq; eò demittendam & contemnendam non eſſe, vt eam pecunia, pretio, mercede æſtimemus. Quod etiam Themiſtius in Sophiſta [d] ſic extulit: καὶ γὰρ εἰ σεμνὸν τὸ σχῆμα καὶ ἀληθινὴ ἡ σοφία, ἀλλ' οὐ χρή γε αὐτὴν καταβάλλειν καὶ ἀργυρίου δεικνῦναι ἄξιον. Sed animaduertendum quod ait Vlpianus, etſi turpiter & inhoneſtè petatur, honeſtè tamen accipi & à vero philoſopho, & à politico ſiue Oratore, ſiue Iuriſconſulto, non quidem mercedem, ſed honorarium ſiue ſalarium: & pro beneficio (quod perire non oporteat) illud ad quod naturaliter quiſque obligatur ἀντίδωρον, ita vt mutua beneuolentia vtatur, quum ſciat ſe tantò plus præſtitiſſe. Nam vendere quidem hi operam aut eleuare tanti beneficij autoritatem non debent, quum pleraque hoc ipſo poſsint videri vitia, quòd pretium habent. Attamen cuius res familiaris amplius aliquid ad vſus neceſſarios exiget, ſecundum omnes patientum leges patietur ſibi gratiam referri: quum & Socrati (quem paulò antè gratis docuiſſe diximus) ipſi conlatum ſit ad victum: & Zeno & Cleanthes & Chryſippus mercedes à diſcipulis acceptauerint. Neque enim video quæ iuſtior (vt alicubi [e] Quintilianus tradit) adquirendi ratio, quàm ex honeſtiſsimo labore, & ab iis de quibus optimè meruerint: præſertim cùm hæc ipſa opera, tempúſque omne alienis negotiis datum facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoque (vt idem auctor ait) tenendus eſt modus, ac plurimùm refert & à quo accipiat & quantum & quouſque. Nihil enim acquirere volent ij, quos nominauimus, vltrà quàm ſatis erit. Accipiendi modus Senatuſconſulto circa legem Cinciam de donis & muneribus facto, cauſarum patronis ſiue diſertis (quos aduocatos hodie dicimus, Oratores olim nomina-

a l. 1. §. an & philoſophi. D. de extraord. cogn.

b d. l. 1. §. proinde.

c cap. 1. lib. 4. noct. Attic.

d orat. 4.

e cap. 7. li. 12. inſtit.

bant)præſtitutus fuit, Tiberij Claudij principis temporibus: vt pro ſin-
a lib. 11. 14. & 15. anna. gulis cauſis in dena ſeſtertia (vt Tacitus [a] tradit) quæ centum aureis à
Iuriſconſulto vel ipſo fortaſſan Triboniano [b] taxantur atque æſtiman-
b l. 4. §. licita. D. de var. & extraord. cognit. tur, accipere liceret. Hæc licita fuit quantitas, quam accipere, non ta-
men petere ius fuit. Ex quibus omnibus, vt aliquando tandem hæc to-
ta diſputatio concludatur (iam enim vereor vt vel nimis multa ſint
quæ de philoſophia diximus, cùm Ennianus Neoptolemus philoſo-
phandum eſſe paucis, omnino haud placere pronunciet: vel etiam in
ſophiſtis diutius exagitandis, fortè cuipiam Sophiſtæ ipſi videamur) id
vnum apertè colligitur: Iuriſconſultum, cui ſalus populi lex ſuprema
ſit, qui ad publicam vtilitatem ius profiteatur ac dicat, & in rebus a-
gendis potiſsimùm operam inſumat (ſi tamen gratis, & non priuati
quæſtus gratia id faciat) eſſe politicum, verámque, non ſimulatam phi
loſophiam affectare. Addam & illud, Cùm ſapiens ſit quidam velut
c epiſt. 90. humani generis pædagogus (auctore Seneca [c]) eum qui non quidem
adminiſtrat Rempubl. ſed cuius ſtudia vitáque omnis in rerum cogni-
tione verſatur, ſi tamen otium ſuum (vt Cicero loquitur) ad noſtrum
negotium, & ad hominum vtilitatem ſuam prudentiam intelligen-
tiámque potiſsimùm conferat, doctrinæ ſtudiis & ſapientiæ deditus:
vt quia erudiat multos, quò ſint meliores ciues vtilioréſque in rebus
ſuis publicis (vt Thebanum Epaminondam Lyſias Pythagoreus, Syra-
cuſium Dionem Plato, Alexandrum Macedonem Ariſtoteles, multi-
que multos) quoniam ab augendis hominum vtilitatibus & commo-
d de tranq. vitæ c. 111. dis non recedit, & (vt Seneca [d] loquitur) in priuato publicum negotiũ
agit (*ὁ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ βασιλέως ἐπιμεληθεὶς ὅπως ἂν ἄριστος εἴη, τὴν
συντομωτάτην ἐβάδισεν ἐπὶ τὸ πάντας μὲν οἴκους ἐπανορθοῦν, πόλεις δὲ
πάσας, ἔθνη τε πάντα, καὶ μικρὰ, καὶ μείζω, καὶ τὰ γείτονα, καὶ τὰ πόρρω
ἅπαντα, ἀπολαύειν ἀνάγκη τῆς ὅπως ποτὲ ἐχούσης τοῦ βασιλέως ψυχῆς*, in-
e περὶ βασιλείας, ſub initium. quit Syneſius [e]) verã quoque philoſophiam affectare, verúmq; philo-
ſophum eſſe videri. Etenim is verus eſt philoſophus, qui iuſtitiam co-
lit (vt ait Vlp.) quæ quia virtus eſt, & politica virtus (ſic enim Plato
f in Phædone, vide & in Alcibiade 1. [f] vocat, cùm ait, *οἱ τὴν δημοτικήν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετι-
δευκότες, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην*) & vera virtus
(nam de iuſtitia & politica intelligendum puto quod Flaccus Hora-
g lib. 1. epiſtol. epiſt. 1 tius [g] ſic cecinit,

*Nunc agilis fio, & merſor ciuilibus vndis*
*Virtutis veræ cuſtos, rigidúſque ſatelles)*

Quis dubitet quin eam ſapientiam, ac multo magis philoſophiam re-
ctè nominemus? Certè quidem effectus hic vnus eſt politicæ ſiue ciui-
lis ſcientiæ ac ſapientiæ, vt iuſtitia inter ciues conſeruetur: & hoc eſt
h in Clitophonte. quod Vlpianus ait, *iuſtitiam colimus*. Itaque à Platone [h] *πολιτικὴ ἐπι-
στήμη*, ſic definitur vt, ſit *καλῶν καὶ συμφερόντων ἐπιστήμη ποιητικὴ δι-
καιοσύνης ἐν πόλει*: quod fit cùm nemo læditur impunè, cùm ius cuiq;
ſuum tribuitur, cùm denique honeſtè viuitur. Quibus quaſi funda-
mentis nititur & conſeruatur optimus Reipubl. ſtatus, ad cuius vtili-
tatem vt ea pertinẽt quæ modò diximus, ita politico maximè procu-

randa ſunt. Id autem nec facere politicus, nec omnino bonus ciuis quiſquam eſſe poteſt ſine iuſtitia. Hæc è Socraticæ diſciplinę fontibus, quos nobis elegantiſſimus autor Xenophon aperuit, hauſimus: apud quem [a] ita Socrates & Euthydemus colloquuntur vti ſubiiciam, καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη, οὐ δήπου, ὦ Εὐθύδημε, ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐφίεσαι, δι' ἣν ἄνθρωποι πολιτικοὶ γίγνονται, καὶ οἰκονομικοὶ, καὶ ἄρχειν ἱκανοὶ, καὶ ὠφέλιμοι τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ ἑαυτοῖς: καὶ ὁ Εὐθύδημος, σφόδρα γ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ταύτης τῆς ἀρετῆς δέομαι. νὴ Δία ἔφη ὁ Σωκράτης, τῆς καλλίστης ἀρετῆς καὶ μεγίστης ἐφίεσαι τέχνης. ἔστι γὰρ τῶν βασιλέων αὕτη, καὶ καλεῖται βασιλική. ἀτὰρ, ἔφη, κατανενόηκας εἰ οἷόν τ' ἐστὶ μὴ ὄντα δίκαιον, ἀγαθὸν ταῦτα γενέσθαι; καὶ μάλα, ἔφη, καὶ οὐκ οἷόν τέ γε ἄνευ δικαιοσύνης ἀγαθὸν πολίτην γενέσθαι, *Nunquid, igitur, inquit Socrates, ô Euthydeme virtutem eam quæris ob quam homines ciuilium negotiorum periti, reique familiaris regendæ, & ad imperandum idonei & ſibi, aliiſque vtiles efficiuntur.* Quibus ex verbis duo, præter illa quæ paulò antè adſcripſimus, adhuc elicienda ſunt. Hanc ſiue iuſtitiam, ſiue ciuilem & veram ſapientiam ita regibus conuenire, aut potiùs neceſſariam eſſe, vt etiam regia vocetur, hoc primum: illud item, ad vtilitatem communem omnino pertinere, ad eámque potiſſimum reſpicere. Quorum vtrumque adeò verum eſt, vt Plutarchus ex veterum poetarum ſententia, qui finxerunt Ioui Dicen & Themin perpetuò adſidère (quanquam re vera Iupiter tales nullos aſſeſſores habet, ſed idem potiùs ipſe ius fáſque eſt, Dicéque ac Themis idem, idem lex antiquiſſima & perfectiſſima) Harum, inquam, fabularum myſteria nudans colligat ac demonſtret, non modò non homines eſſe reges: ſed ne Iouem quidem ipſum ſine Dice, id eſt ſine vltrice iuſtitia, rectè imperium adminiſtrare poſſe. Dicen verò (ſecundum Heſiodum) eſſe virginem incorruptam, pudoris ſeu verecundiæ, temperantiæ atque vtilitatis ſociam, familiarem, domeſticam. Reges itaque αἰδοίους, id eſt venerabiles, vocari: quòd à iuuenibus minimè timentur, ab his maxima obſeruantia & veneratione coli, neque tantopere ne quid ipſi mali & incommodi ſubeant, quàm ne quo ſubditos facto vel dicto lædant, lædíve patiantur, metuere ipſos oporteat. Illo certè potius timore valde humano nec illiberali affici, ne ipſos iniuria, quam ſubditi aliquo modo acceperint, lateat. Adſcribam verba Plutarchi Græca totidem ferè, quot Latina fecimus: qua in re, vt fortaſſe nimius quibuſdam videri potero, ita me magnam ab ſtudioſis bonarum literarum gratiam initurum eſſe mihi polliceor. Vt vt ſit, animo quidem meo ſatisfecero. Sic igitur optimus author, εἰ δὲ δεῖ (ſic enim, vt in Aldino, legendum eſt) ταῦτα εἰκάζειν, ὁ μὲν Ζεὺς οὐκ ἔχει τὴν δίκην πάρεδρον, ἀλλ' αὐτὸς δίκη καὶ θέμις ἐστὶ, καὶ νόμων ὁ πρεσβύτατος καὶ τελειότατος, οἱ δὲ παλαιοὶ (ſic autem lego addito δὲ, vt reſpondeat illi, ὁ μὲν ζεὺς, &c. alioqui hęc inter ſe non cohærent) οὕτω λέγουσι, καὶ γράφουσι, καὶ διδάσκουσι, ὡς ἄνευ δίκης ἄρχειν μηδὲ τοῦ Διὸς καλῶς δυναμένου. ἡ δέ γε παρθένος ἐστὶ (καθ' Ἡσίοδον) ἀδιάφθορος, αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης, καὶ ὠφελείας ἔνοικος. ὅθεν αἰδοίους προσαγορεύουσι τοὺς βασιλεῖς· μάλιστα γὰρ αἰδεῖσθαι προσή-

[a] lib. 4. de dict. & fac. Socrat.

κεὶ τοῖς ἥκιστα φοβουμένοις, φοβεῖσθαι δὲ δεῖ τὸν ἄρχοντα τοῦ παθεῖν κακῶς μᾶλλον τὸ ποιῆσαι. τοῦτο γὰρ αἴτιόν ἐστιν ἐκείνου. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ φόβος τοῦ ἄρχοντος φιλάνθρωπος, καὶ οὐκ ἀγεννής, ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων δεδιέναι, μὴ λάθωσιν βλαβέντες. Finxerat Heſiodus aſsidere Ioui Dicen ipſius ex Themide filiam, Eunomiæ & pacis ſororem pudicam & venerandam virginem: ſic enim ferè ſcribit in Theogonia:

Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο μῆτιν, &c. Et
Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν, ἣ τέκεν Ὥρας,
Εὐνομίην τε, Δίκην τε, καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν.

*Rex primam ſuam vxorem fecit Prudentiam, &c. Secundò duxit nitidam Legem, ſiue Ius & fas, quæ peperit Horas, & bonam Inſtitutionem, & Iuſtitiam & Pacem florentem.*

[a] lib. 1. Et in libro [a] cui nomen Opera & Dies,

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδνή τ', αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν,
Καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι.

*Eſt autem Iuſtitia Virgo à Deo progenita, Inclyta & Veneranda dijs qui in cœlo habitant. Et quum quis illam læſerit peruersè carpens, ſtatim aſsidens patri Ioui, conqueritur, &c.* Solebant poetæ fabulis, quaſi nubeculis quibuſdam, ſua & myſteria & præcepta philoſophiæ ſiue naturalis ſiue moralis obumbrare atque operire, ne dicam inuoluere: Cur id facerent, alius erit dicendi & ſcribendi locus. Id ſatis ſit nunc quidem intelligere ex Plutarcho, quamobrem Heſiodus Dicen ſiue Iuſtitiam Ioui aſsidere fingat: hæc duo nimirum docere nos voluit, Ad imperium quidem & ſtabiliendum & conſeruandum, non modò iuſtitia potiùs nitendum, quàm armis & viribus, ſed eam omnino eſſe neceſſariam: Quibus autem in locis colatur iuſtitia, ibi non modò imperium conſeruari, ſed vrbes vigere, populos florere. Tum verò iuſtitiam præ cæteris virtutibus, iuriſque adminiſtrationem rectam & ſynceram maximè decere Imperatores, Principes, Reges: id ex eorum eſſe officio & munere, vt ius cuique reddi curent, & ipſi reddant. Ac

[b] ἔργα καὶ ἡμέραι. prius quidem Heſiodus alio in loco [b] expreſsit eleganter his aliquot verſibus,

Οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσι
Ἰθείας, καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου,
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ,
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, &c.

*Qui verò iura peregrinis & indigenis adminiſtrant recta, neque tranſgrediuntur id quod eſt iuſtum, Horum viget & floret Reſpublica, & populi qui in ea florent, Pax quoque iuuenum altrix, in illa eſt regione.* Poſterius verò à Plutarcho in Demetrij vita exponitur: vbi vetula quædam, cui (cùm aliquid à Principe poſtularet) audiendæ vacare ſe tunc temporis non poſſe Philippus reſponderat, hoc dicto principem inſecuta eſſe, ac etiam increpuiſſe narratur, Ne igitur impera [c]. Quo dicto permotus Philippus, confeſtim domum reuerſus iuriſdictioni per multos

[c] hoc ipſum de Adriano & vetula narratur à Zonara in Adriano tom. 2. annalium.

dies

dies vacauerit, facilémque ſe adeuntibus præbuerit. Adiicit Plutarchus, & arrepta ex eo dicto (vt ſolet) occaſione, in eum communem (in quo nunc toti ſumus) locum excurrit. Ait igitur, legem à Pindaro Regem omnium dici, Martem verò tyrannum à Timotheo vocari. Regibus apud Homerum Iouem non aut machinas bellicas, aut naues, ſed iura tribuere, quorum ope & ipſi liberentur, & alios conſeruent. Iouis familiarem ac diſcipulum ab Homero fingi ex Regibus, non eum qui vnus omnium ſit maximè bellicoſus, artéque ac virtute militari præſtet, ſed qui ſit iuſtiſsimus. Itaque operibus & effectis iuſtitiæ nihil regi conducibilius, aut conuenientius reperiri poſſe. οὐδὲν γὰρ οὕτως τῷ βασιλεῖ (ait Plutarchus) προσῆκον, ὡς τὸ δίκης ἔργον. Ἄρης μὲν γὰρ τύραννος, ὥς φησι Τιμόθεος, νόμος δὲ πάντων βασιλεὺς κατὰ Πίνδαρόν ἐστι. καὶ τοὺς βασιλεῖς Ὅμηρός φησιν οὐχ ἑλεπόλεις, οὐδὲ ναῦς χαλκήρεις, ἀλλὰ θέμιστας παρὰ τοῦ Διὸς λαμβάνοντας ῥύεσθαι καὶ φυλάσσειν. καὶ τοῦ Διὸς οὐ τὸν πολεμικώτατον, οὐδὲ τὸν ἀδικώτατον, καὶ φονικώτατον τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τὸν δικαιότατον ὀαριστὴν καὶ μαθητὴν προσηγόρευσεν, *Nihil tam Regi conuenit, quàm Iuſtitiam adminiſtrare. Nam Mars eſt tyrannus, vt dicebat Timotheus. At ex Pindaro, Lex eſt omnium Regina. Itaque Homerus dicit Reges liberare & ſeruare. non machinis bellicis, aut nauibus ære compactis, ſed Iure ac Legibus à Deo acceptis. Neque idem Homerus Iouem nominat, Deorum bellicoſiſsimum, nec violentiſsimum, nec qui ſtrages multas ediderit, ſed iuſtiſsimum conſultorem & Iuſtitiæ alumnum.* Quamobrem & iuſtitiæ ſacerdotes Symmachus [a] præfectus vrbi vocat Impp. Valentinianum, Theodoſium & Gratianũ: & laudatur ab eodẽ Plutarcho [b] L. Aemilius Paulus, qui politicã virtuti bellicæ bellator optimus præferebat, μικροῦ δεῖν πάρεργον ἡγούμενος τὸ νικᾶν τοὺς πολεμίους τοῦ παιδεύειν τοὺς πολίτας, *Exiſtimans, vincere hoſtes propemodum acceſsionem quandam tantùm eſſe ad munus ſuſceptum, præ ciuiũ inſtitutione.* Princeps igitur qui ſi virtutis amore ac ſtudio flagrat, quędam velut imago ſummi ac omnia nutu ſuo moderãtis Dei eſt, & (vt idem author ait [c]) ἄρχων εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος, αὐτὸς αὑτὸν εἰς ὁμοιότητα θεῷ δι' ἀρετῆς καθιστάς. *Princeps imago Dei omnia moderantis, ipſe per virtutem ſeipſum reddit quàm ſimilem Deo.* ſi cum aliquo imperio bene ac beatè vult viuere, hanc ex poetarum & philoſophorum præceptis ac inſtitutis vitam ita degat, vt omnino ſe ad honeſtatem & humanitatem quod poterit conformet: ac iuſtitia potiùs quàm fulmine, tonitru, radiis (vt monſtra quædam Imperatorum fecère) hoc eſt virtute potiùs quàm imperio, vi, ac poteſtate Iouis imaginem vt referat, enitatur. Nec Anaxarchum Abderiten (ſophiſtam illum veriùs dixerim quàm philoſophum) audiat: quem noſter quoque Plutarchus reprehendit, quòd Magnum Alexandrum Macedonem mœſtum ac lugentem ob Cliti à ſe per calorem iracundiæ interfecti obitum ſolaturus, ita dolorem ac tædium (quod ex pœnitentia perpetrati facinoris, qua ducebatur, princeps contraxerat) leuare philoſophus ac minuere tentauit, vt tamen eum aliqua ſui opinione inflatum, interim ad ſimilia flagitia committenda, & ſpernẽda legum præ-

a epiſt. 30. in Ambro. epiſtolis.

b in Æmilij vita.

c in lib. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.

cepta incitaret. Hunc enim, aut ſimilem ei quem ſubiiciam, ſermonem habuiſſe principis cubiculum ingreſſus, atque ita exclamaſſe fertur. Hic eſt ille Alexander, in quem totus terrarum orbis aſpicit, cuius ob oculos ora obuertit ſua, in quem oculi omnium coniecti ſunt? atquin is humi iacet proſtrato corpore. eius etiam gemitu ac eiulatu miſerabili Regia perſonat: is denique tanquam aliquod vile mancipium, leges, vituperationem, ac reprehenſionem hominum perhorreſcit. Quibus ipſum eſſe pro ſuprema lege, ac certa eorum quæ iuſta ſunt definitione oportuit, quandoquidem ea lege atque omine vicit vt imperaret ac dominaretur, non etiam vt falſa quadam opinione ac perſuaſione animi deiectus pareret aliis, atque ſeruiret. Nónne ſcis, inquit, Ioui Dicen & Themin aſſidere, vt quicquid à principe geſtum fuerit, hoc fas iuſtúmque eſſe cẽſeatur? Appingam ipſa Plutarchi verba, quorum interpretationem iam iámque fecimus: ita (opinor) lectoris, qui ſi maximè Græcis delectetur, non ſemper tamen (certè non commodè) tantum librorum volumen ad manus habet, deſiderio & occurretur & ſatisfiet. Plutarchus itaque in Alexandri vita, vbi de Anaxarcho agitur, hæc profert: εὐθὺς εἰσελθὼν ἀνεβόησεν· οὗτός ἐστιν Ἀλέξανδρος, εἰς ὃν ἡ οἰκουμένη νῦν ἀποβλέπει· ὁ δὲ ἔρριπται κλαίων ὥσπερ ἀνδράποδον, ἀνθρώπων νόμον καὶ ψόγον δεδοικώς· οἷς αὐτὸν προσήκει νόμον εἶναι καὶ ὅρον τῶν δικαίων, ἐπείπερ ἄρχειν καὶ κρατεῖν νενίκηκεν, ἀλλὰ μὴ δουλεύειν ὑπὸ κενῆς δόξης κεκρατημένον. οὐκ οἶσθα, εἶπεν, ὅτι τὴν Δίκην ἔχει πάρεδρον ὁ Ζεύς, καὶ τὴν Θέμιν, ἵνα πᾶν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος θεμιτὸν ᾖ καὶ δίκαιον; τοιούτοις τισὶ λόγοις χρησάμενος ὁ Ἀνάξαρχος, τὸ μὲν πάθος ἐκούφισε τοῦ βασιλέως, τὸ δὲ ἦθος εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ παρανομώτερον ἐποίησεν, αὑτὸν δὲ δαιμονίως ἐνήρμοσεν. *Statim ingreſſus, exclamauit: hic eſt Alexander, in quem nunc totus orbis terrarum reſpicit, is verò proſtratus iacet, tanquam vile mancipium, timens legem & vituperia hominum, quibus ipſe debet eſſe Lex & terminus Iuſti, Victorias obtinuiſti vt imperes & domineris, non vt ſeruias mancipatus inani opinione. An ignoras, (inquiebat Anaxarchus) Iouem habere ſibi aſſidentem Iuſtitiam & fas, vt quicquid fuerit factum ab eo qui ſummam rerum obtinet, id ſit fas ac iuſtum. Anaxarchus iſtiuſmodi ſermonibus vſus, Regis dolorem minuit quidem, ſed eius mores reddidit arrogantia inflatos & minus legibus obtemperantes: ſeipſum verò ad Regis beneuolentiam mirificè inſinuauit.* Perperam Anaxarchus ille (meo quidem, & ipſius Plutarchi iudicio) quòd hanc principibus prærogatiuam quam plerunque ſibi ſumunt, tribuit, vt quod dixerint vel cenſuerint, pro poteſtate auctoritatis iuſtum eſſe exiſtiment, vt apud Ammianum Marcellinum [a] Iulianus ad milites loquitur. Seleucus quoque haud multò rectiùs: qui apud Appianum [b] id ex iure cõmuni gentium eſſe profert, in concione quadam ad milites: καὶ οὐ Περσῶν ὑμῖν ἔθη (ait) καὶ ἑτέρων ἐθνῶν μᾶλλον ἢ τόνδε τὸν κοινὸν ἅπασιν ἐπιθήσω νόμον, ἀεὶ δίκαιον εἶναι τὸ πρὸς βασιλέως ὑμῖν ὁριζόμενον. *Nec ſunt Perſarum aliarúmve gentium inſtituta magis ſpectanda, quàm ſit hæc lex quam vobis omnibus impono, nempe Iuſtum ſemper illud eſſe quod vobis à Rege præſcribitur.* Ceterùm ex hoc loco

a lib. 23.

b Syriaca.

alter

alter eiuſdem Plutarchi difficillimus, atque (vt mea fert opinio) deprauatiſſimus locus exponendus & caſtigandus eſt: in quo idem ſignificare voluiſſe auctorem vtriuſque quod in ſuperiore expreſſerit, facilè adducor vt credam: nec enim vllam ſatis idoneam ex verbis ipſis ita vti concepta ſunt, ſententiam elici poſſe iudico. Nam ita in excuſis paſſim leguntur [a]: Ἀνάξαρχος μὲν οὖν ἐπὶ τῷ Κλείτου φόνῳ δεινοπαθοῦντα παραμυθούμενος Ἀλέξανδρον ἔφη, Κλείτῳ δὴ τὴν δίκην εἶναι καὶ τὴν τῶν θεῶν πάρεδρον, ἵνα πᾶν πραττόμενον ὑπὸ βασιλέως θεμιτὸν δοκῇ καὶ δίκαιον, οὐκ ὀρθῶς, οὐδ' ὠφελίμως τὴν ἐφ' οἷς ἥμαρτε μετάνοιαν αὐτοῦ τῷ πρὸς τὰ ὅμοια θαῤῥύνειν οἰόμενος. εἰ δὲ δεῖ ταῦτα εἰκάζειν, &c. *Anaxarchus igitur, vt Alexandrum conſolaretur propter Cliti cædem grauiter affectum, dicebat ei, Iuſtitiam Dijs aſſidere, vt demonſtretur, quicquid à Rege fit, id iuſtum & legitimum videri. Id non rectè neque ex vtilitate fuit ab eo dictum, qui regis dolorem ex facti pœnitudine lenire ſtudens, ad ſimilia ſcelera eum audacem reddebat*, quæ paulò antè adſcripſimus. Hic primùm quæro quid ſit quod ait Κλείτῳ δὴ τὴν δίκην εἶναι καὶ τὴν τῶν θεῶν πάρεδρον. Bonus Eraſmus ita Latinè reddidit: Clito iuſtitiam cõtigiſſe quæ diis aſſideat. Quæ (malum) hæc ratio conſolandi eſt, aut quid eſt quod ait, diis aſſidere Iuſtitiam? Ioui enim aſſidere paulò antè oſtendimus ex Plutarcho & Heſiodo: diis autem illam aſſidere, nuſpiam legere memini. Sanè quidem βουλευθήεια θεῶν πρεσβυτάτη συνάγει, vt apud Ariſtidem [b] legimus, at hoc non ſignificat eam πάρεδρον deorum eſſe. Dij potiùs omnes πάρεδροι ſunt Iouis. Tum verò ab interprete non agnoſcitur καὶ articulus, quem ego tantum abeſt vt reiiciam, vt ex eo argumentum vel maximum deſumam ad conſtabiliendam lectionem quam reſtituimus. Deinde quæro quid hęc verba quæ ſtatim ſequuntur ſibi velint, οὐκ ὀρθῶς, οὐδ' ὠφελίμως τὴν ἐφ' οἷς ἥμαρτε μετάνοιαν αὐτοῦ τῷ πρὸς τὰ ὅμοια θαῤῥύνειν οἰόμενος. Interpres Latinus perperam ita reddidit, idque nec rectè, nec vtiliter, cùm Regem errati pœnitentem animare ad ſimilia patranda exiſtimaretur. Hanc certè interpretationem Græca verba non ferunt. Primum quòd τὴν μετάνοιαν legitur, non τὸν μετανοοῦντα, deinde illud τῷ ſuperuacuum eſſet: poſtremò οἰόμενος paſſiuam vim habere nondum didici, quam tamen ei verbo tribuit interpres: Itaq; ipſum non ſequor. Quid igitur? Nempe ſic totum hunc locum priſtino nitori reſtitutum iri & ratione naturali & alterius quem propoſuimus loci authoritate adductus, coniicio: ſi legamus καὶ τῷ Διῒ τὴν δίκην εἶναι καὶ τὴν θέμιν πάρεδρον, ἵνα πᾶν πραττόμενον ὑπὸ βασιλέως θεμιτὸν δοκῇ καὶ δίκαιον, οὐκ ὀρθῶς, οὐδ' ὠφελίμως τὴν ἐφ' οἷς ἥμαρτε μετάνοιαν αὐτοῦ τῷ πρὸς τὰ ὅμοια θαῤῥύνειν ἰώμενος, hoc ſenſu, Dixit Anaxarchus etiam ipſi Ioui Dicen & Themin aſſidere, vt quicquid à rege fiat, fas iuſtúmque videatur. Sed ille profectò non rectè neque vtiliter, vtpote qui dum regis dolorem ex delictorum pœnitentia contractum ſanabat, eum ad ſimilia perpetranda incitaret. Itaque pro Κλείτῳ δὴ, reſtituo καὶ τῷ Διῒ, pro τὴν τῶν θεῶν lego τὴν θέμιν, pro οἰόμενος repono ἰώμενος. Quod equidem audentius facerem ſi veteris alicuius libri, qualem nullum

[a] in libro πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.

[b] in orat. περὶ ὁμονοίας.

adhuc videre contingit, teſtimonio adiuuarer. Interim libuit hanc meam coniecturam proponere, de qua eruditos homines iudicare volo. Nam illud καὶ τῷ Διί pro Κλείτῳ δή, quin rectum ſit neminem dubitaturum exiſtimo: niſi quis cum eruditiſſimo viro Leopardo (cuius liber eodem, quo primum hic noſter excudebatur, tempore in lucem venit) legere ἀεὶ τῷ Διί maluerit, quod mihi vehementer placet: præſertim cùm & Plato & Themiſtius idem vocabulum hac ipſa de re loquentes iis locis, quos ſtatim commonſtraturus ſum, vſurparint. Quod autem θέμιν reſtituo, id eò facio: primùm, quia Pindarus quoque Themidem Iouis paredron in Olympiis[a] nominat, vbi Ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου Πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις. Tum verò quoniam ſtatim apud Plutarchum ſequitur θεμιτὸν δοκῇ καὶ δίκαιον, & paulò pòſt, ἀλλ᾽ αὐτὸς δίκη καὶ θέμις ἐστί, &c. adde quòd ita quoque apud ipſum Plutarchum in Alexandri vita legitur. Poſtremò ita hæc duo ferè ſemper coniunctè ſcripta legas apud auctores & veteres & recentiores. Themiſtius quidem certè[b], καὶ τότε σοὶ ἐπιχαιρήσει ἡ μήτηρ, οὐ μόνον ἐκ πολέμου ἐπανιόντι μετὰ σκύλων, ἀλλὰ καὶ δημηγοροῦντι, καὶ τὴν δίκην πάρεδρον ποιουμένῳ, ἧς πρώτη αὐτὴ ἐμπίπλησι τὰ βασίλεια *tunc tibi mater gratulabitur, non tantùm reuertenti à bello cum ſpoliis: ſed etiam quòd oratione cuncta regas, & iudicia adminiſtres: quòd etiam ipſa tibi adſtet iuſtitia, qua plenum eſt, primum ipſum palatium, &c.* & alio loco[c] (vbi hæc Heſiodi de rege verba,

Τοῦ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἐέρσην,
Τοῦ δ᾽ ἔπε᾽ ἐκ στόματος ῥεῖ μείλιχα· οἱ δέ τε λαοὶ
Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι διακρίνοντα θέμιστας,

explicantur) *Rorem ſuauem ipſius linguæ infundunt. Verba ex ipſius ore fluunt mellita: populi verò omnes ipſum ſuſpiciunt, iura diſtribuentem.* ſic ſcribit idem Themiſtius, ἀλλὰ καὶ διοτρεφεῖς ὀνομάζει τοὺς βασιλέας, τοὺς ὑπὸ τῶν μουσῶν ἑωραμένους, καὶ ῥυήσεσθαί φησιν αὐτῶν ἀπὸ τῆς γλώττης δρόσον γλυκεῖαν, καὶ λόγους εὐκάρπους καὶ ὠφελίμους λέγων τὴν δρόσον αὐτοῖς συνέσεσθαι, καὶ τὴν Θέμιν, καὶ τὴν Δίκην, καὶ ἐπιστρέψειν πρὸς ἑαυτοὺς τῶν ὑπηκόων καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς γνώμας. *Vocat etiam reges, alumnos Dei, quos muſæ ſpectant, ac dicunt ab ipſorum lingua ſuauem rorem manare, ſermonéſque frugiferos & vtiles: Rorem ipſi adeſſe, Iura fas & Iuſtitiam: eóſque ad ſe mentes & oculos ſubditorum conuertere.* Quo etiam in loco illud notandum eſt, quemadmodum Ioui ab Heſiodo, ſic ab Themiſtio Regibus Themin & Dicen aſſidere dici: & ſanè Regibus accommodari atque aptari quod de Ioue apud poetas legimus, debet: vt ex Plutarcho demonſtratum fuit. Sic apud Themiſtium in eadem oratione paulò pòſt, vbi de Valentiniani patre ad ipſum loquitur, ἢ οὐχ ὁρᾷς αὐτῷ παρεδρεύουσαν τὴν Θέμιν, συνθακοῦσαν δὲ τὴν Δίκην, τὸν νόμον δὲ συνόντα ἀεί. *Annon vides ius & fas ipſi aſſidere, & Iuſtitiam eodem in ſolio cum ipſo collocatam, ac legem ſemper cum eo verſantem.* Themidem ſanè in cubili ſolióque Iouis à poetis ac Theologis veteribus collocatam ſcribit Ammianus Marcellinus, vbi de Diuinationum generibus diſſerit[d]: his verbis, Et ſubſtantiales poteſtates ritu

diuerſo

a ode 8.
b orat. 6.
a. orat. XI.
d lib. 21. hiſtoriar.

diuerſo placatæ, velut ex perpetuis fontium venis vaticina mortalitati ſuppeditant verba, quibus numen dicitur præeſſe Themidis: quam ex eo quòd fixa fatali lege decreta præſcire fas ſit in poſterum, quæ τεθημένα ſermo Græcus appellat, ita cognominatam in cubili ſolióque Iouis vigoris viuifici Theologi veteres collocarunt. Themis igitur, vt & Dice, Ioui aſſidet ex poetarum fabulis. De Dice quæ Ioui aſsidet quid Heſiodus prodidiſſet, exſcripſimus paulò antè: cui omnino congruit quod eſt apud Platonem[a]: τῷ θεῷ ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός, *Iuſtitia ſemper Deum comitatur, vltrix illorum qui Legem Dei relinquunt.* & apud Demoſthenem[b], τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν, *Seueram ac venerandam Iuſtitiam, quam Orpheus horum rituum author, dixit ad Iouis thronum ſedere, & omnia hominum negotia obſeruare.* Et ſanè ſi filias patri, multò magis vxorem marito aſſidere decorum ac æquum eſt. Dixi filias, quia non tantùm Dice, ſed etiam Pallas, quæ Iouis quoque filia fingitur, patri aſſidebat, vt eſt in fabulis. Pindarum certè huius rei auctorem laudat Ariſtides[c], cùm ait, οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἕκαστα ὁ Ζεὺς διεῖλεν, εἰ μὴ πάρεδρόν τε καὶ σύμβουλον τὴν Ἀθηνᾶν παρεκαθίσατο, &c. & paulò pòſt, Πίνδαρος δ' ἄν φησι δεξιὰν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς αὐτὴν καθεζομένην, τὰς ἐντολὰς τοῖς θεοῖς ἀποδέχεσθαι. *Iupiter enim non diſtribuit ſingula, quin Minerua conſultrix ipſi adſtet; quæ, vt ait Pindarus, ad dexteram patris ſui ſedet, mandata dijs tradens.* Quemadmodum autem quod de Themide & Dice traditur, ad reges à Ioue transferendum eſt, vt oſtendimus ex Plutarcho & Themiſtio: Ex quo verè cecinisse chorum apud Euripidem[d] intelligamus, μηδὲν δίκας ἔξω κράτος ἐν θαλάμοις καὶ πόλει δύνασθαι: Nihil aut domi aut in vrbe potentiam habere authoritatis ſine Iuſtitia. Ita quod de Pallade poetæ fabulantur, periti Regibus aptare ſolent: vt nos addoceant Regium, nec ſine effectu conſilium, nec facinus abſque ratione decorum eſſe. quod & Themiſtius facit, qui ſic ſcribit[e], διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς κεφαλῆς γεννῶσιν οἱ ποιηταὶ τοῦ Διός, ἐνδεικνύμενοι καλῶς ὅτι προσήκει τῶν βασιλέων μήτε λόγον ἄπρακτον, μήτε πρᾶξιν ἄλογον ἐκφοιτᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν ἔνεργον εἶναι, καὶ γέμειν νοῦ τὸ δραστήριον, &c. Sed ad rem. *Ideo poetæ Mineruam ex capite Iouis prognatam fingunt: venuſtè indicantes, Regum ſermonem non debere irritum eſſe, nec niſi cum bona ratione quicquam ab ipſis agendum eſſe: indicant quoque mentem eſſe efficacem, & mentem effectione replendam eſſe.* Sequitur apud Plutarchum, ἵνα πᾶν πραττόμενον ὑπὸ βασιλέως θεμιτὸν δοκῇ καὶ δίκαιον, *vt quicquid geritur à rege, videatur æquum & iuſtum.* Hoc eſt quod iiſdem ferè verbis in Alexandri vita, ἵνα πᾶν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος θεμιτὸν ᾖ καὶ δίκαιον, *vt quicquid geſtum eſt ab eo qui imperium obtinet, æquum & iuſtum ſit.* Ait Plutarchus, οὐδ' ὀρθῶς, οὐδ' ὠφελίμως, *neque rectè, neque vtiliter.* Cur autem hoc? niſi quia, vt idem in Alexandri vita ſcribit, τὸ ἦθος τοῦ βασιλέως εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ παρανομώτερον ἐποίησεν. *Regis mores reddidit multò ſuperiores, & ad leges tranſgre-*

a lib. 4. de legib.

b κατ' Ἀριστογείτονος.

c in orat. quæ μαντευθεὶ ἀθηνᾶ inſcribitur

d in Andromacha.

e orat. 10.

*diendas paratiores.* Rurſum quæret aliquis, quamobrem hac oratione vſus Anaxarchus ἦθος Ἀλεξάνδρου παραγνωμότερον ἐποίησεν. An quòd ad crudelitatem hortabatur Alexandrum, quæ à bono principe omnino abeſſe debet? cùm boni, ſit moderatoris (vt apud Ammianum Mar-

a lib. 29.

cellinum legimus [a]) reſtringere poteſtatem, reſiſtere cupiditati omnium rerum, & implacabilibus iracundiis, noſſéque (vt Cæſar dictator aiebat) miſerum eſſe inſtrumentum ſenectuti recordationem crudelitatis. Ideóque de vita & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt, & animantium numerum complet, laturum ſententiam diu multúmque cunctari oportere, nec præcipiti ſtudio, vbi irreuocabile factum eſt, agitari, ſapienter idem Ammianus Marcellinus docet. Huc reſpexiſſe Plutarchum illa verba τὸ πρὸς τὰ ὅμοια θαῤῥύνειν, *ad ſimilia ſcelera audacem effecit eum* ſatis indicant. Reſtat illud, μετάνοιαν ἰώμενος. Anaxarchus δεινοπαθοῦντα παραμυθούμενος Ἀλέξανδρον (vt ſuprà dixit) id eſt dum grauiter afflictum Alexandrum allocutione ſolabatur, πάθος ἐκούφισε (vt eſt in eius vita) id eſt dolorem ex pœnitentia ſceleris admiſſi contractum alleuabat, & minuebat, itáque pœnitentiam in Alexandro quaſi vulnus aut morbum animi ſanabat Anaxarchus: hoc eſt quod ait, μετάνοιαν ἰώμενος. Poſſem hîc conſiſtere, ac deberem fortaſſe: iam enim pro capite, totum quaſi corpus, id eſt volumen integrum obtrudo. Sed tamen, vt Plutarchi noſtri locus ille omnino exponatur, illuſtretur, ac ſplendeat: adiiciam pro coronide illorum authoris ver-

b πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.

borum explicationem, quibus ita ſcriptum eſt [b], vbi de Dice agitur, ἡ δέ γε παρθένος ἐστὶ καθ' Ἡσίοδον, ἀδιάφθορος, αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης, καὶ ὠφελείας σύνοικος. *Illa, iuxta Heſiodum, eſt Virgo, incontaminata, vnà ſecum ſemper habens in eodem domicilio, pudorem, temperantiam, & omne commodorum genus.* De his dixi ſuperius nonnihil, hîc autem reliqua perſequar. Deſcribit Plutarchus Dicen, ſiue iuſtitiam: hanc ait virginem incorruptam, pudicam, ſeu verecundam, temperantem ac vtilem eſſe oportere. Quod ait de incorrupta virgine, id ad ſynceram iuſtitiæ ad-

c lib. 14. ca. 4. noct. Attic.

miniſtrationem ſpectat, vt Gellius [c] notauit. Quod ait περὶ αἰδοῦς, id non malè quis ad pudicitiam referendum exiſtimaret: præſertim quòd

d lib. 2. ſatyr.

Iuſtitiæ Pudicitiam comitem aſſignat alicubi [d] Iuuenalis: quo loco agens de Pudicitia, ſubiicit,

*Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receßit*
*Hac comite, atque duæ pariter fugêre ſorores.*

Verumtamen præſtat vt accipiatur de verecundia, ídque paulò pòſt declarat Plutarchus noſter: & aliter videtur αἰδοῦς nomen accipere, alióque ſenſu αἰδοίους βασιλέας nominatos exiſtimare, quàm Heſiodus αἰδοίην θεοῖς δίκην dixerit iis verſibus quos recitaui paulò antè. Nam

e lib. 2. Ethic. ad Nicomach.

ille noſter αἰδῶ ἀντὶ τοῦ φόβου, id eſt pro timore (vt & Ariſtoteles [e]) quaſi timere debeat princeps, qui iuſtus eſt & politicus, non vt accipiat, ſed vt inferat aliquod ſubditis malum, incommodum, iniuriam. Itaque ſemper iuſtitiæ comitem verecundiam, τῆς δίκης τὴν αἰδῶ, vete-

f in lib. ἔργα καὶ ἡμέραι.

res ſcriptores faciunt. Heſiodus [f],

Δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς

Οὐκ

Οὐκ ἔσται, βλάψει δ᾽ ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα
Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, &c. *Iuſtitia verò & verecundia non erit in manibus, Malus autem lædet meliorem virum, verbis peruerſis eum alloquens.* & æquitatis ſiue clementiæ Ioſippus[a], vbi φύσει δ᾽ ἐπιεικείᾳ κέχρητο, καὶ σφόδρα ἦν αἰδοῦς κρείττων. *natura vtebatur æquitate, ac valde pudorem ſuperabat.* Plato[b] etiam in eam, in quam Plutarchus ſcripſit, ſententiam Heſiodi verba interpretatur: perindéque accipit, quaſi vereri ac metuere principem oportere dicat, ne cui ſubditorum temerè falſa ex cauſa & contra ius pœnam infligat, præſertim cùm ſub ſecuritate ſemper ignoſcatur (quemadmodum Caſſiodorus optimè quodam loco[c]) iuſtus eſſe niſi periculosè nemo poſsit: ideóque Dicen verecundam virginem vocari. Platonis verba referam, χρὴ μὲν δὴ πάντων ἐπιφέροντα δίκην ἀνδρὶ, πάντ᾽ ἄνδρα φοβεῖσθαι τὸ μήτε ἐπενεγκεῖν ψευδῆ τιμωρίαν μήτε οὖν ἑκόντα, μήτ᾽ ἄκοντα κατὰ δύναμιν. παρθένος γὰρ αἰδοῦς δίκη (vbi malim αἰδοίη δίκη, &c.) λέγεταί τε καὶ ὄντως εἴρηται. ψεῦδος δὲ αἰδοῖ καὶ δίκῃ νεμεσητὸν κατὰ φύσιν. *Oportet ſanè quemuis qui fert iudicium reformidare, ne falsò & immeritò pœnam mulctámve cuiquam inferat: ac pro viribus cauere, ne id committat ſiue volens ſiue nolens. Nam Iuſtitia dicitur, ac verè dicitur, Virgo pudica. Mendacium verò ſuâ naturâ odioſum ac inimicum Verecundiæ & Iuſtitiæ.* Sed & ex Platonis legibus ea eſt qua præcipitur & magiſtratibus & ſenioribus, vt verecundiam & temperantiam excolant: quò ſcilicet populus eorum exemplo adductus idem præſtet. Hanc Iulianus Imp.[d] aduerſus Antiochenſes retulit ſic ferè, καί με ἕτερος τῶν Πλάτωνος νόμων ὑπομνησθέντα ἐμαυτῷ πεποίηκεν ἀπεχθάνεσθαι πρὸς ὑμᾶς· ὅς φησι δεῖν αἰδῶ καὶ σωφροσύνην ἀσκεῖν τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, ἵνα τὰ πλήθη πρὸς αὐτοὺς ἀποβλέποντα κοσμῆται. *Alia quoque lex Platonis me vobis etiamnum magis infenſum reddidit, eam commemorantem: quæ ait, Principes & ſeniores debere Verecundiam & Temperantiam exercere, vt populi in eos reſpicientes componantur.* Platonis locus eſt in quinto de legibus: quanquam ibi de magiſtratibus non agit, ſed de ſenioribus. ὁ δ᾽ ἔμφρων νομοθέτης (ait) τοῖς πρεσβυτέροις ἂν μᾶλλον ἐπικελεύοιτο αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους· καὶ πάντων μάλιστα εὐλαβεῖσθαι μή ποτέ τις αὐτὸν ἴδῃ τῶν νέων ἢ καὶ ἐπακούσῃ δρῶντα ἢ λέγοντά τι τῶν αἰσχρῶν· ὡς ὅπου ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐνταῦθα εἶναι ἀναιδεστάτους. *Prudens Legiſlator Senioribus præcipit imprimis, vt iuniores reuereantur: atque vt ipſi præcipuè caueant, ne vnquam quiſquam iuuenum eos videat vel audiat aliquid turpe agentes aut dicentes. Nam vbi ſenes non ſe verecundos præbent, ibi neceſſe eſt etiam iuniores eſſe impudentiſſimos.* vbi vult iuuenum gratia ſeniores abſtinere à vitiis malíſque moribus, eſſéque coram ipſis temperantes atque verecundos. Quid quod Syneſius ruborem ex pudore ſceleris aut delicti cuiuſpiam contractum temperantiæ attribuit? quo loco pudorem ſecundum bonum nominat, primum verò nihil peccare, quod diuinæ duntaxat naturæ competit: ἀλλ᾽ ἔστιν ἄρα καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν τὸ αἰσχύνεσθαι (inquit[e] ad Theotimum ſcribens) τὸ μὲν γὰρ ἀναμάρτητον θείας ἄντικρυς ἐστὶ καὶ μοίρας καὶ φύσεως. τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς

a li. 13. antiq. Iudai. cap. 19. ad finem de Ariſtobulo Hyrcani regis filio.
b lib. XII. de legib.
c in indulgentia quæ formula eſt vlt. lib. XI. variar.
d Miſopogon.
e epiſt. 66.

οὐκ εὖ γιγνομένοις ἐρύθημα, σωφροσύνης τὶς ἂν ἀπεφήνατο. *Sed eſt hoc etiam ſecundum bonum, pudore affici. Nam carere peccato, apertè ſolius eſt diuinæ ſortis & naturæ. At rubor & pudor in iis quæ malè admiſſa ſunt,* a lib. 1. Offic. *modeſtiæ & temperantiæ aſſignatur.* Cicero quoque [a], licet differre dicat in omni ratione habenda inter iuſtitiam & verecundiam, quòd iuſtitiæ partes ſint non violare homines, verecundiæ non offendere, in quo maximè vis decori perſpiciatur: attamen ſatis oſtendit ſimilia propemodum ac gemina eſſe vtriuſque officia, vt mirum non ſit quòd timorem ſeu verecundiam iuſtitiæ comitem dicamus. Hoc autem ſic accipe, vt tamen iuſtus nec quidquam ſibi metuat: alioqui nunquam eſſet animo tranquillo, cùm tamen ex Diogene Stobæus referat hæc verba quibus contrarium probatur: ἡ τοίνυν δικαιοσύνη πολλὴν ἔχει ῥαστώνην τῇ ψυχῇ. τὸ γὰρ μηδένα μήτε φοβούμενον, μήτε αἰσχυνόμενον ζῆν ἡδονή τις ἐστὶ καὶ ἱκανότης τοῦ βίου. *Itaque Iuſtitia magnam præbet animæ tranquillitatem. Neminem enim metuere, & nullo pudore ſuffundi in vita ſua, eſt voluptas quædam, vitam ſua ſorte contentam reddens.* Et ſanè ſibi quidquam à ſubditis metuere, tyranni eſt: ſubditis ne quid incommodi adferatur metuere, id proprium Regis eſſe noſter Plutarchus his verbis paulò pòſt docet: τῷ γὰρ ὄντι δεδίασιν οἱ βασιλεῖς ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων, οἱ δὲ τύραννοι τοὺς ἀρχομένους, &c. *Reuera Reges timent pro ſub-* b lib. 1. Faſtorum in Ianuario. *ditis. At Tyranni timent ſubditos.* Ergo ipſe quoque Ouidius [b], & rectè quidem, cum Iuſtitia Pudorem copulat de Iano agens, vbi ſic ferè canit:

*Nondum iuſtitiam facinus mortale fugarat:*
*Vltima de ſuperis illa reliquit humum.*
*Próque metu populum ſine vi Pudor ipſe regebat:*
*Nullus erat iuſtis reddere iura labor.*

Porrò ſumma cum ratione Plutarchus eo quem interpretamur loco, c lib. 1. hiſtor. αἰδῶ καὶ σωφροσύνην coniunxit. nam (vt apud Thucydidem [c] Archidamus loquitur) αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, *Verecundia & Pudor modeſtiam & temperantiam multum participat.* Coniunctæ profectò ſunt, ac geminæ virtutes iſtæ, vt qui vna eſt præditus, altera vix ca- d Iphigenia in Aulide. rere poſſit. Ideo apud Euripidem [d] Achilles Clytemnæſtram videns,

Ὦ πότνι᾽ αἰδώς, τήνδε τίνα (inquit) λεύσσω ποτὲ
Γυναῖκα, μορφὴν εὐπρεπῆ κεκτημένην;

*O veneranda Verecundia, quam tandem video fœminam, formam decoram obtinentem?* Cui ſic reſpondet Clytemnæſtra,

Οὐ θαῦμα σ᾽ ἡμᾶς ἀγνοεῖν, οὓς μὴ πάρος
Κατεῖδες· αἰνῶ δ᾽ ὅτι σέβεις τὸ σωφρονεῖν.

*Non mirum eſt te nos non nouiſſe, quos non antehac videras: laudo verò quod colas modeſtiam.* Quò autem hoc ὠφελείας, id eſt vtilitatis verbum referri poſſit, equidem (vt verum fatear) non ſatis video. Nec tamen ſum neſcius eum politico ac iuſtitiæ cultori finem, & tanquam aliquem ſcopum eſſe propoſitum, vt communem vtilitatem procuret. Nam duo ſunt fundamenta iuſtitiæ; primum, vt ne cui noceatur; e lib. 1. Offic. deinde, vt communi vtilitati ſeruiatur, vt ait Cicero [e]: & officia iuſti-

tiæ

tiæ pertinent ad hominum vtilitatem, (inquit idem ipſe) qua nihil homini debet eſſe antiquius. Quamobrem (vt Plato ſcribit[a]) δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη. Iuſtitia bonum alienum eſt, ita vt ſubditus commodo proprio ſpreto, magiſtratus & principis vtilitatem ſequatur: & vice verſa magiſtratus aut princeps verus, non quod ſibi expedit, ſed quod ſubditis vtile eſt, quærere, & propemodum captare debeat. Quò pertinet ille Ammiani Marcellini locus[b], vbi tradit nihil aliud eſſe imperium, vt ſapientes definiunt, niſi curam ſalutis alienæ: & ille alter[c], vbi ſic ait, Finis iuſti imperij, vt ſapientes docent, vtilitas obedientium æſtimatur & ſalus. Ex horum ſapientum numero diuinus Plato eſt: cuius in eandem ſententiam hæc verba ſunt[d], ὅτι ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ συμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, *quoniam qui verus eſt Princeps & magiſtratus non ſpectat proprium commodum, ſed ſubditorum.* Eum laudat in hanc rem Cicero[e], cùm ita ſcribit, Omnino qui Reipubl. præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant: vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: Alterum, vt totum corpus Reipubl. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Vt enim tutela, ſic procuratio Reipubl. ad vtilitatem eorum qui commiſsi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Leges quoque (cum Reipub. cauſa latæ ſint) ex Reipubl. commodo & vtilitate interpretari debemus, vt Cicero de Inuentione lib. I. ſcribit. Nam & in legibus ferendis, quod communiter conducit Reipubl. hoc Nomothetæ ſpectant, vt Ariſtoteles[f] in hęc verba docet alicubi, καὶ ἡ πολιτικὴ δὲ κοινωνία τοῦ συμφέροντος χάριν δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν καὶ διαμένειν· τούτου γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιον εἶναί φασι τὸ κοινῇ συμφέρον. *Et ciuilis ſocietas videtur vtilitatis gratia & ab initio conflata & propter eandem permanere. Hoc enim ſpectant Legiſlatores: & Iuſtum illud eſſe dicunt, quod publicæ ſocietati & vtilitati confert.* Quamobrem Iuſtinianus noſter quodam loco[g], Nec Auguſtum (inquit) priuilegium exercemus, ſed quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei priuatæ noſtræ vtilitati præferendum eſſe cenſemus. Noſtrum eſſe proprium, ſubiectorum commodum imperialiter exiſtimantes. Imperialiter autem ſiue βασιλικῶς, id eſt imperatorio more ac modo. Tum verò laudat Plinius[h] vota quæ pro imperio Romano Traiani temporibus nũcupata ſunt, quòd cùm antea nuncupari, & pro æternitate imperij, & pro ſalute ciuium, immo pro ſalute principum ac propter illos pro æternitate imperij ſolerent: ſub Traiano tamẽ ſuſcepta fuerint in hæc verba, *ſi bene Rempubl. & ex vtilitate ciuium rexiſſet.* Hæc Plinius, qui & paulò pòſt ita ſcribit, Capis ergo, Cæſar, ſalutis tuæ glorioſiſsimum fructum ex conſenſu deorum. Nam cùm excipias vt ita demum te dei ſeruent, ſi bene Rempubl. & ex vtilitate omnium rexeris, certus es te bene Rempub. gerere, cùm ſeruent. & poſt pauca. Nec vnquam illuceſcat dies, quo pro te nuncupet vota non vtilitas noſtra, ſed fides,

a lib. 5. Polit.

b lib. 29.

c lib. 30. vide & li. 25.

d lib. Polit.

e lib. 1. Offic.

f lib. VIII. Ethic. ad Nicomac.

g l. vnica. § vlt. C. de cad. toll.

h in Traiani panegyrico.

Cæſar, & ad finem panegyrici: Quo maiore fiducia iiſdem illis votis, quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro & obteſtor, ſi bene Rempubl. ſi ex vtilitate omnium regit, primùm vt illum nepotibus noſtris ac pronepotibus ſerues; deinde, &c. Non ignoro etiam politicum quemlibet, iuſtitiæ beneficio, & idoneum imperio, & aliis hominibus principaliter ac præcipuè vtilem, & ſibi quoq; per conſequentias fieri. Nam & apud Xenophontem id teſtatur [a] Socrates: vbi de iuſtitia diſputans ſic ferè loquitur, οὐ δήπου, ὦ Εὐθύδημε, ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐφίεσαι, δι᾽ ἣν ἄνθρωποι πολιτικοὶ γίγνονται, καὶ οἰκονομικοὶ, καὶ ἄρχειν ἱκανοὶ, καὶ ὠφέλιμοι τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις καὶ ἑαυτοῖς; *Nónne, ô Euthydeme, illam expetis virtutem per quam homines fiunt ciuiles boni œconomi, ad imperandum idonei atque vtiles tum ſibi tum alijs hominibus?* & ex Diogene Stobæus [b] refert hæc verba, in eandem ſententiam: ὁ δὲ τὴν δικαιοσύνην ἔχων ἐν τῇ ψυχῇ, οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις ὠφέλιμός ἐστιν, ἀλλὰ πολλῷ μάλιστα αὐτὸς αὑτῷ. οὐ γὰρ πειράσεται αὑτὸν ἀδικεῖν οὐδὲ καθ᾽ ἓν μέρος. οὐδὲ γὰρ λύπης αὑτῷ αἴτιός ἐστιν, οὐδὲ νόσου, &c. *Qui verò Iuſtitiam mente gerit, non tantùm eſt vtilis alijs, ſed & multò magis ipſe ſibi. Nec enim tentabit ſeipſum iniuria afficere vlla ex parte. Neque ſibi eſt cauſa doloris, neque morbi, &c.* Quamobrem ex vtilitate quoque iuſtitiæ laudes ſumuntur, & (vt eſt apud Platonem [c]) πρός τε ἡδονὴν, καὶ πρὸς εὐδοξίαν, καὶ ὠφέλειαν σκοπουμένῳ ὁ μὲν ἐπαινέτης τοῦ δικαίου ἀληθεύει, &c. *tum ad voluptatem, tum ad gloriam, tum ad vtilitatem reſpicienti, veras rationes profert qui laudator eſt iuſtitiæ.* Denique in iure vel conſtituendo, vel reddendo communis vtilitas maximè conſideratur. Iulianus profectò multa iure ciuili contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poſſe ſcribit [d]. Macer propter vtilitatem pupillorum conſtitutum eſſe ait [e], vt mandata generali iuriſdictione cognitio de ſuſpectis tutoribus tranſeat: cùm tamen ea nec imperij ſit, nec iuriſdictionis, vt diximus in Commentario De diuerſis regulis iuris antiqui [f]. Vlpianus [g] autem, in rebus nouis conſtituendis euidentem vtilitatem eſſe debere, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum viſum eſt. Papinianus [h] quoque, ius prætorium à Prætoribus introductum eſſe adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam. Vlpianus [i] itidem Inutile dixiſſe videtur ſecundum Pandectarum Florent. authoritatem (quum alij libri habeant *inciuile*) quod eſt cōtra vtilitatem publicam, cui aduerſatur: vbi, Cùm verò extante neceſſitate deponat, creſcit perfidiæ crimen, & publica vtilitas coercenda eſt, vindicandæ Reipubl. cauſa. Eſt enim inutile in cauſis huiuſmodi fidem frangere. Quamobrem ipſe vtilitatem, iuſti & æqui matrem ab Horatio nominari credo: cùm ita canit [k],

*Queis paria eſſe ferè placuit peccata, laborant*
*Cùm ventum ad verum eſt: ſenſus moréſque repugnant,*
*Atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui.*

Sanè Cicero [l] grauiſsiméque & veriſsimè defendi ait, nunquam æquitatem ab vtilitate poſſe ſeiungi: quod ipſe, vt illud etiam quod ex

a lib. 4. de dic. & fact. Socrat.
b ſermone 9.
c in dialogo de iuſto ſiue de Republ.
d l. ſi ita vulneratus 52. D. ad legē Aquil.
e l. cognitio. D. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.
f ad l. nemo poteſt. 70. D. de diuer. reg. iur. antiq.
g l. 1. D. de conſt. prin.
h l. 7. D. de inſt. & iur.
i l. 1. §. 1. in fi. D. depo.
k Satyra 3. lib. 1.
l libro 3. de Finib.

Vlpiano

Vlpiano retulimus, de vtilitate communi interpretor: inter quam & æquitatem nihil intereſſe, vel ex eo Ciceronis [a] loco ſatis apertum eſt, in quo ſic ſcribit: An tu qui tam diligenter & tam callidè verbis controuerſias non æquitate diiudicas, & iura non vtilitate communi, ſed litteris exprimis, &c. Sic ſententia vtilitatem habere dicitur, ab Vlpiano [b], quæ habet æquitatem: ideóque vtilitati ſtrictam iuris rationem Iuſtinianus opponit [c]. Quamobrem ſiue quia iuſtitia ad communem vtilitatem reſpicit, & præter cæteras hæc virtus totam ſe (vt idem ille Cicero [d] ſæpe iam quidem à me nec tamen ſatis laudatus auctor loquitur) ad alienas vtilitates porrigit atque explicat: ſeu quoniam vtilitas æquitatis mater eſt, videri poſſet non malè vtilitatem cum iuſtitia copulari à Plutarcho. Verumtamen, vt quod ſentio, proferam: hoc vtilitatis nomen cum iuſtitia, cum temperantia, cum verecundia, non ſatis aptè coniungitur: quod tantum abeſt à virtute, vt ipſæ quoque aures illud refugiant, præſertim cùm ad ipſum non applicamus alterum communis nomen. Etenim (vt rectè Claudianus cecinit [e])

*Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet.*

Quamobrem etſi iuſtitiæ vtilitatem ineſſe non negarim (cui enim virtuti, vt ait [f] Seneca, non ineſt?) attamen vtilitatis vice, ſimplicitatem, iuſtitiæ, temperantiæ, verecundiæ multò gratiorem comitem demus: & ſuaſore atque etiam autore me, iam non ὠφελείας, id eſt vtilitatis nomen, locum licet diuturna poſſeſſione quæſitum, & velut vſu captum retineat: ſed ἀφελείας, id eſt ſimplicitatis verbum ſedem amiſſam recuperet, & in priſtinam poſſeſſionem reſtituatur. Nec enim dubito, quin & in manuſcriptis libris, (ſi quis eos attentè ac diligenter inſpexerit) huius vocabuli non dico veſtigium, aut indicium aliquod, ſed corpus ipſum integrum appareat, faciléque deprehendi poſſit. Quod ſi aliter ſe res habet: ego tamen rationem & titulum, omni poſſeſſione potiorem eſſe oportere ſemper iudicabo, atque profitebor. Et quidem ſimplicitatem eam hoc loco interpretor, de qua Paulus aut potiùs ſub nomine Pauli Tribonianus loquitur [g]: quo loco, vir quidem (inquit) perfectæ ætatis, ſed miles, vel agricultor, & forenſium rerum expers, vel aliàs ſimplicitate gaudens, & deſidiæ deditus, &c. poſt Iulianum [h], vbi ſi quis ita ſimpliciter verſatus eſt, vt ſuum negotium in ſuis bonis quaſi meum geſſerit, &c. quam cum modeſtia, moderatione ſiue temperantia, frugalitate, atque clementia Iuſtitiæ ipſius (vt ſuprà demonſtratum eſt) ſociis atque comitibus ipſe copulauit Seneca [i]: quo loco ad Lucilium ſic ſcribit, Nunquid liberalia ſtudia hos mores præcipiunt? non magis quàm ſimplicitatem, quàm modeſtiam, ac moderationem, non magis quàm frugalitatem (ſic enim totus ille locus è manuſcripto cod. legendus eſt) ac parſimoniam: non magis quàm clementiam, quæ alieno ſanguini tanquam ſuo parcit, & ſcit homini non eſſe homine prodigè vtendum. Igitur ſimplicitatem expono apud Plutarchum, qua qui ſunt præditi, ſimplices & aperti qui nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici dicuntur à Cicerone [k]. Ita ſimplicè, vt Cicero

a pro Cæcinna.
b l.3.§. vlt. D. de cõſt. pec.
c §. rectè quoque. inſtit. de mandato.
d lib.2 de Republ. in frag. à Sigonio collectis.
e in panegyr. 2. in laudes Stiliconis.
f lib. 4. de benefic. cap.20.
g leg. cùm indebito 25.§.fin autem. D. de probat.
h l. ſi pupilli. 6.§.ſi quis ita. ſ. de negot. geſt.
i epiſt. 89. lib.13.
k lib.1. Offic.

a lib. 1. ſatyr. 3. facit, accipiendum puto apud Horatium Flaccum [a], his verſibus:

*Parcius hic viuit? frugi dicatur: ineptus*
*Et iactantior hic paulò eſt? Concinnus amicis*
*Poſtulat vt videatur: at eſt truculentior, atque*
*Plus æquo liber? ſimplex fortiſque habeatur.*

Et poſtea,

*Simplicior ſi quis (qualem me ſæpe libenter*
*Obtulerim tibi Mæcenas) vt fortè legentem,*
*Aut tacitum appellet: quouis ſermone moleſtus:*
*Communi ſenſu planè caret inquimus, eheu!*
*Quam temerè in noſmet legem ſancimus iniquam, &c.*

Simplex igitur, apertus, liber, minimè fucatus, veritatis amicus eſt. Ta-
b in Iphigenia in Aulide. lem ſe Achilles apud Euripidem [b] eſſe ait,

Ἐγὼ δ᾽ ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφεὶς
Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοὺς ἔχειν.

*Ego educatus apud Chironem virum maximè pium, didici habere ſimplices mores.* Hæc verò ſimplicitatis officia vt cum verecundiæ (quemadmodum antè oſtendimus) ita cum iuſtitiæ officiis conſentanea eſſe, quis adeò cæcus eſt vt non videat? Idem ſanè Cicero, vbi de fortitu-
c lib. 1. Offic. dine diſputat [c], ſic ſcribit: Itaque viros fortes & magnanimos & eoſdem bonos & ſimplices, veritatis amicos miniméque fallaces eſſe vo-
d lib. 3. Offic. lumus, quæ ſunt ex media laude iuſtitiæ. & alio in loco [d] ſimplicem cum iuſto coniungit his verbis, Hoc autem celandi genus quale ſit, & cuius hominis, quis non videt? Certè non aperti, non ſimplicis eſt, non ingenui, non iuſti, non viri boni. Velleius Paterculus (vbi de Iulij Cæſaris quæſtura) meminit cuiuſdam veteris conſularis atque pontificis viri in tantum boni, in quantum humana ſimplicitas intelligi poteſt. Val. Martialis ad Decianum Epigr. XCVI. lib. 1.

*Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Mineruæ*
*Artibus, & vera ſimplicitate bonus.*

e vide Xiphil. in Traiani vita. Dio de Traiano [e], πλεῖστον γὰρ ἐπί τε δικαιότητι, καὶ ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ, τῇ τε ἁπλότητι τῶν ἠθῶν διέπρεψε. *Inſignis fuit eius iuſtitia, fortitudo, tum et-*
f Panegyrico. *iam morum candor.* Ideóque Plinius ad Traianum [f], Tuæ moderationis hæc laus conſtantia noſtra: & tibi obſequimur, quòd in Curiam non ad certamen adulationum, ſed ad vſum, munúſque Iuſtitiæ conuenimus: hanc ſimplicitati tuæ veritatíque gratiam relaturi, vt te quæ vis velle, quæ non vis nolle credamus, Apud Diodorum Sicu-
g lib. 13. bibliotb. lum [g] Callicratidas Lacedæmonius ἄκακος, καὶ τὴν ψυχὴν ἁπλοῦς, οὔπω τῶν ξενικῶν ἠθῶν πεπειραμένος, δικαιότατος δὲ Σπαρτιατῶν, *minimè malus fuit, ſed animo ſimplici, qui nondum imbiberat corruptos peregrinorum mores, & Spartanorum iuſtiſsimus* eſſe dicitur. Apud eundem
h lib. 4. (vbi de regno Saturni loquitur [h]) hęc legas, quibus cum Iuſtitia ſimplicitas copulatur: εἰσηγήσασθαι δ᾽ αὐτὸν ἅπασι τήν τε δικαιοσύνην καὶ τὴν ἁπλότητα τῆς ψυχῆς. διὸ καὶ τοὺς ἐπὶ Κρόνου γενομένους ἀνθρώπους παραδεδόσθαι τοῖς μεταγενεστέροις εὐήθεις καὶ ἀκάκους, ἔτι δ᾽ εὐδαίμονας γεγονότας, *ipſum ferunt demonſtrauiſſe omnibus iuſtitiam & animi candorem.*

*dorem. Idcirco poſteris traditum eſt, homines tempore Saturni ſimplices, minimè malos, ac proinde beatos fuiſſe.* Sed Plato quoque iuſtum ἀστεῖον & εὐήθη, hoc eſt probum & ſimplicem eſſe oportere docet: ſic enim ſcribit [a], ἀλλὰ τόδε μοὶ πειρῶ ἀποκρίνασθαι, ὁ δίκαιος τοῦ δικαίου δοκεῖ τί σοι ἂν ἐθέλειν πλέον ἔχειν; οὐδαμῶς, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἀστεῖος, ὥσπερ νῦν, καὶ εὐήθης. *Sed hoc conare mihi reſpondere. Tibi ne videtur iuſtus qui velit plus habere iuſto? Nullo modo. non enim eſſet candidus, vt nunc, & moribus ſimplex.* quo in loco εὐήθη, nihil aliud quàm ἀφελῆ ſignificare conſtat. Plutarchus [b] ſimplicem & iuſtum copulauit, vbi Catonem ait ἁπλῆν τινα τῆς κατηγορίας καὶ δικαίαν ὁδὸν πορευόμενον, *ſimplicem quandam & iuſtam accuſationis viam ſectabatur.* & ἀφελείας verbo vſus eſt in Iulio Cæſare [c], in illo loco vbi de Cæſare à prædonibus capto loquitur, οἱ δὲ ἔχαιρον ἀφελείᾳ τινὶ καὶ παιδιᾷ τὴν παῤῥησίαν ταύτην νέμοντες, &c. *Illi verò lætabantur, hanc Cæſaris loquendi libertatem candori & morum ſimplicitati tribuentes, ac iocum eſſe exiſtimantes:* & alio loco [d] cùm ait, διὸ μεῖζον οὐδὲν εὐκολίας καὶ ἀφελείας ἐφόδιον εἰς πρᾳότητα πρὸς οἰκέτας γυναῖκα, &c. *nihil magis deducit ad manſuetudinem erga famulos, vxorem &c. quàm morum facilitas & ſimplicitas.* & alibi ſæpe. Atque vt hoc loco μετὰ τῆς αἰδοῦς ἀφέλεια, cum pudore & verecundia ſimplicitas, ſic & ab Antonino Philoſopho αἰδὼς καὶ ἁπλότης eo quem antè indicauimus loco, & verò alibi ab eodem Plutarcho μετὰ τῆς αἰδοῦς ἐθισμὸς ἀφελής, cum verecundia ſimplex conſuetudo, ſimplices mores coniunguntur. Sic enim de nudatione virginum Spartanarum ſcribit [e], ἡ δὲ γύμνωσις τῶν παρθένων οὐδὲν αἰσχρὸν εἶχεν. αἰδοῦς γὰρ παρούσης, ἀκρασίας δὲ ἀπούσης, ἀλλ' ἐθισμὸν ἀφελῆ, καὶ ζῆλον εὐεξίας ἐνειργάζετο, &c. *illa virginum denudatio nihil habuit turpe. Nam verecundia aderat: Intemperantia aberat: imò ſimplicem conſuetudinem reddebat, & æmulationem ac ſtudium efficiebat, vt bonum corporis habitum ſibi pararent.* Simplici autem homini vafer atq; verſutus opponitur, quem διπλοῦν id eſt duplicem Græci vocant. Hinc illud [f] vetuſti cuiuſdam poetæ,

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις:

*Odi virum qui duplex eſt ſermonibus quidem bonum & placidum, ſed re & moribus inimicum.* Et duplicem ita Vlyſſem Horatius [g] nominat illo verſu,

*Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei.*

Dio [h] Caligulam imperium ineuntem eo maximè laudatum refert, quòd nihil duplex aut proferre aut cogitare poſſet per ætatem, ſed verax fore crederetur: ἐπειδὰν ἠλπίζετο παντὸς μᾶλλον (inquit) ἀληθεύσειν, ἅτε μηδὲν διπλοῦν ὑπὸ τῆς νεότητος ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν δύνασθαι νομιζόμενος, &c. *quandoquidem ſpes erat de eo, quòd imprimis vera loquuturus eſſet, quippe qui exiſtimaretur nihil, quòd eſſet iuuenis, poſſe duplex aut cogitare, aut dicere.* Contrà laudat Heluium Pertinacem Imperatorem Aurelius Victor [i], quòd nunquam iniuria accepta ad vlciſcendum ductus amaret ſimplicitatem: Laudat itidem Paterculus [k] Dola-

a lib. 1. de Republ.
b in Catone Vticenſi.
c ſub init.
d in li. περὶ ἀοργησίας.
e in Lycurgi vita.
f ex lib. 1. ἀνθολογίας ca. 71. epigram. 4.
g ode 6. li. 1. Carm.
h lib. 58.
i Heluio Pertinace.
k Vel. Paterc. ſub fi. volum. 2. hiſt. Rom.

bellam (ſi bene memini) quòd vir eſſet ſimplicitatis generoſiſsimæ: & aliquantò antè vbi de Domitiæ familiæ felicitate, nobiliſsimæ ſimplicitatis iuuenem Cn. Domitium nominat. Et (quod familiam ducit) laudat ſacra ſcriptura [a] veteris Teſtamenti B. Iob ex terra Hus, quòd eſſet vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Probantur & pueri ob ſimplicitatem à domino & ſeruatore noſtro: qua de re Clemens Alexandrinus præclarè (vt ſolet in omni genere) multa in pædagogi libris [b]. Atque hæc quidem ad illius de Iuſtitia loci quem ex Plutarcho attulimus illuſtrationem, vt erant neceſſaria dictu, ita (opinor) abundè ſufficiunt: aut quid ſatis eſſe poſsit, niſi ſunt iſta, non video.

a In lib. Iob, cap. 1.
b lib. 1. c. 5.

# AD TITVLVM II.
## DE ORIG. IVR. D.

*Prætores Conſulum collegæ. Conſulum quàm Prætorum, Proconſulum quàm Proprætorum auctoritas maior. Eſſe in Republ. Præfectus feriarum. Stellæ magiſtratuum. Ipſorum in Vrbem ingreſſus. Picta toga & palmata veſtis. Scipio, Aquila eburnea & ſceptrum. Emendatur Pomponij vnus & alter Themiſtij locus.*

DE magiſtratibus populi Romani, déque officio & inſignibus magiſtratuum Romanorum ſcripſêre noſtris temporibus permulti [c], eleganter profectò & eruditè: quamobrem eorum libros vt legam ac relegam, lubens aſſumo; vt de manibus deponam, inuitus facio. Cum iis contuli nuper animi cauſa, quę olim aſſiduo labore, magníſque vigiliis vndique conquiſieram, mihíſque ac muſis (vt dicitur) cecineram. Quædam aut ab aliis nondum animaduerſa, aut à nobis diligentiùs pertractata deprehendi: quæ cùm attento animo perlegiſſem, prorſus digna viſa ſunt, vt ex latebris in medium proferrentur, in ſtudioſorum antiquitatis gratiam: quorum improbum laborem ſcriptis noſtris alleuatum eſſe cupimus. Primùm igitur, cùm cõſules auocarẽtur bellis finitimis, neq; eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum ait Pomponius [d], vt Prętor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius dicebat. Hoc iam alij [e] ante me, adhibito Ciceronis loco illuſtrarunt, vbi ad Plancum ita ſcribit [f], Placuit nobis vt ſtatim ad Cornutum Prætorem vrb. literas deferrem, qui quòd Conſules aberant, conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Verùm antequam ad alia tranſeamus, placet vt hos indicatis præterea duobus locis, vno Græco, altero Latino, confirmemus. Et Liuius quidem [g], Comitiis, inquit, prætorum perfectis S.C. factum eſt vt Q. Fuluio extra ordinem vrbana prouincia eſſet, íſque potiſſimum conſulibus ad bellum profectis vrbi præeſſet. Dion quo-

c Lazius in comment. Reipubl. Rom. Hotom. in cõment. vet. iuris. Briſſonius in lib. de ver. ſign. & antiquitatũ.
d l. 2. D. de orig. iur.
e Balduin. ad d. l. 2. & Hotom. in comm. verb. iur.
f lib. fam. epiſt. XII.
g lib. 33.

que

que[a], καὶ ἔδει μὲν που τοὺς στρατηγούς, ὅσα τῶν ὑπάτων ἔργα, ὁπόταν ἀποδημήσωσι, μέλει, πάντα αὐτὰ ἀποτετελεκέναι, *Oportuit Prætores, quibus Conſulum munera, abſentibus Conſulibus ac peregrè profectis, erant demandata, illa omnia exequi.* Cùm igitur munus obirent Conſulare Prætores, eodémque vtrique (vt ex Meſſala Gellius refert[b]) auſpicio crearentur: Prætores collegæ conſulum & haberi & dici cœperunt. Quod non modò ipſius Gellij[c], ſed etiam Plinij authoritate, quæ pluris facienda eſt (vt arbitror) iam demonſtrabo. Sic enim de Traiano Plinius[d], reliqua pars diei Tribunali dabatur. Ibi verò quanta religio æquitatis? quanta legum reuerentia? Adibat aliquis vt principem, reſpondebat ſe Conſulem eſſe. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius auctoritas imminuta eſt, aucta etiam, ſiquidem pleraque ad Prætores remittebat, atque ita vt collegas vocaret, non quia populare gratúmque audientibus, ſed quia ita ſentiebat. Illud notandum eſt, etiamſi Conſulum prætores eſſent collegæ, attamen minus imperium prætores, maius Conſules habuiſſe, vt idem Gellius animaduertit[e]: minorem fuiſſe prætorum, maiorem conſulum poteſtatem, vt ſcribit Valerius Maximus[f]. Quamobrem rectè Iuſtinianus πραίτωρας μικρῷ τῶν ὑπάτων ἐλαττουμένους: ait[g]. Et ſanè maior erat conſulum, quàm prætorum dignitas. Illis duodecim lictores, cum faſcibus præibant, poſt quam exactis regibus (quibus lictores, vt ex Appiano paulò pòſt dicemus, & apud Plutarchum[h] legitur, ἐβάδιζον πρόσθεν βακτηρίαις ἀνείργοντες τὸν ὄχλον, ὑπεζωσμένοι δὲ ἱμάντας, ὥστε συνδεῖν εὐθὺς οὓς προστάξειαν) *præibant, virgis vel baculis amouentes turbam, ſuccincti funiculis, vt ſtatim vincirent quos iuberent,* &c. imperij eorum vim vniuerſam omniáque inſignia ſub titulo Conſulatus in ſe Valerius Publicola tranſtulit, vt eſt apud Valerium Maximum[i]: Prætoribus autem, ſex tantùm lictores cum faſcibus: quamobrem ἐξαπελέκεις vocabantur, ſi Appiano credimus: cuius hæc verba ſunt ex Syriaco, καὶ στρατηγοὺς ἐπὶ τῇ στρατιᾷ περιέπεμπον, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἐξαπελέκεας, ὅτι τῶν ὑπάτων δυώδεκα πελέκεσι καὶ δυώδεκα ῥάβδοις ὡς οἱ πάλαι βασιλεῖς χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεως ἐπὶ τοῖσδε τοῖς στρατηγοῖς καὶ τὰ ἡμίσεα παράσημα. *Mittebant ad exercitum Prætores, quos ipſi vocant, ſex ſecuribus ornati: propterea quòd cum Coſ. duodecim ſecuribus & totidem faſcibus, vt olim reges, vterentur, dimidia pars dignitatis & dimidia inſignia hiſce Prætoribus fuerunt attributa.* Vbi quod ait Appianus στρατηγοὺς, explica non *duces*, ſed *prætores*: nec te moueat quòd cum exercitu miſſos ait in militiam. Etenim Prætores dicti (vt eſt apud Varronem[k]) qui præirent iure & exercitu: quod noſter Iuſtinianus his verbis tradit[l], οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι παρέχον αὐτοῖς ἐξουσίαν ὅπλων τε καὶ νόμων, καὶ πρὸς ἑκάτερον εἶχον αὐτοὺς ἐπιτηδείους τε καὶ ἀξιοχρέους καθεστῶτας. οὓς δὴ καὶ πραίτωρας ἐκάλουν, ἐκ τοῦ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἰέναι καὶ παρατάττεσθαι, ταύτην αὐτοῖς δόντες τὴν προσηγορίαν, *Veteres Romani præficiebant ipſos armis & legibus: atque ad vtrumque munus habebant conſtitutos homines idoneos & illis muneribus dignos, quos & Prætores nominabant, ex eo quòd alijs omnibus præirent ac præponerentur, inde nomen illud ipſis tribus*

a lib. 58.
b lib. 13. ca. 14.
c d. cap. 14.
d in panegyrico.
e d. cap. 14
f lib. 2. c. 3.
g Nou. 24. περὶ τοῦ ἄρχοντος, ἤγουν τοῦ πραίτωρος Πισιδίας.
h in Romulo.
i lib. 4. ti. x.
k lib. 1. de ling. Lat.
l Nou. 24. περὶ τοῦ ἄρχοντος, ἤγουν τοῦ πραίτωρος Πισιδίας.

tum fuit. & Nou. 25. [a] Ῥωμαῖοι γὰρ οἱ πάλαι τοὺς σφῶν αὐτῶν στρατηγοὺς πραίτωρας ὠνόμαζον, τῶν στρατευμάτων τε ἡγεῖσθαι παρεῖχον, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γραφομένοις ἐπείθοντο νόμοις, καὶ ἦν ἀρχή τις ἐξ ἀμφοῖν κεκραμένη, καὶ ἐν ἑαυτῇ περιφέρουσά τε καὶ δεικνῦσα τὴν τε ἐν ταῖς παρατάξεσιν ἰσχὺν, τήν τε ἐν τοῖς νόμοις εὐκοσμίαν, &c. *Veteres Romani ſuos Imperatores & Prætores nominabant, quos exercitibus præficiebant, & legibus ab ipſis ſcriptis parebant: & prorſus erat hic magiſtratus ex vtroque temperatè mixtus, & præ ſe ferens ac demonſtrans, in exercitibus quidem, robur ſuum, in legibus verò venuſtatem & rectum ordinem.* Siue autem iure, ſiue exercitu præirent, ſex tantummodo faſcibus, ſex ſecuribus vtebantur, niſi cum imperio & dignitate conſulari miſsi eſſent: tum enim quaſi conſules, duodecim lictores cum totidem ſecuribus & faſcibus ipſos comitabantur, ídque Plutarchus de Paulo Æmylio in Iberiam miſſo his verbis tradidit [b]: ἐπὶ τούτων ὁ Αἰμύλιος ἐξεπέμφθη στρατηγὸς, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες, ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους, ὥστε τῆς ἀρχῆς ὑπατικὸν γενέσθαι τὸ ἀξίωμα. *Miſſus fuit Aemilius Prætor, non ſex habens ſecures, quot habent ij qui præſunt exercitibus, ſed accepit prætor illos ſex lictores, ſex alios vt dignitatem Conſulis præ ſe ferret.* Inde factum igitur vt ab authoribus Græcis Prætores ἑξαπελέκεις nominentur. Polybius [c], τούτους μὲν ἀθροίσαντες ὡς ἐπὶ Θυρρηνίας προσεκάθισαν ἑξαπελέκυν αὐτοῖς ἡγεμόνα συστήσαντες. *His in Hetruria congregatis præfecerunt ducem ſex ſecuribus ornatum.* Et lib. III. vbi de Triumuiris coloniæ deducendæ ac diuidendorum agrorum, ὧν εἷς μὲν ἦν Γάϊος Λυτάτιος, καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν εἰληφώς· οἱ δὲ δύο τὴν ἑξαπέλεκυν: *quorum vnus Conſularis: duo Prætores.* Et ſtatim, Λεύκιος δὲ Μάλλιος ἑξαπέλεκυς ὑπάρχων, καὶ προκαθήμενος ἐπὶ τῶν τόπων μετὰ δυνάμεως, ἀκούσας τὸ γεγονὸς. ἐβοήθει κατὰ σπουδήν. *Manlius Prætor (ſex ſecuribus ornatus) in illis locis cum copiis erat, quum factum audiuiſſet, ſubſidium confeſtim adduxit.* Et paulò pòſt, τὰ μὲν τῷ Ποπλίῳ προκεχειρισμένα στρατόπεδα κατὰ σπουδὴν ἐξαπέστελλον ἐπὶ τὴν τούτων βοήθειαν, ἡγεμόνα συστήσαντες ἑξαπέλεκυν· ἄλλα δὲ συνάγειν καὶ καταγράφειν ἐκ τῶν συμμάχων αὐτῷ παρήγγειλαν. *Exercitus Publio traditos properè miſerunt ad horum ſubſidium, Prætorem ipſis præficientes ſex faſcium, cui mandatum, vt alias copias ex ſocijs colligeret ac conſcriberet.* Et poſt multa, vbi de Publio: καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ τῶν ἑξαπελέκων στρατόπεδα τὰ προκαθήμενα καὶ προσπολεμοῦντα τοῖς Βοίοις. & alio loco, αὐτοὶ δὲ Λεύκιον μὲν Ποστούμιον ἑξαπέλεκυν ὄντα στρατηγὸν, στρατόπεδον δόντες εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλαν. Idem auctor eoſdem πελεκυφόρους videtur nominare: quum ait paulò antè, Ῥωμαῖοι δ' ὡς θᾶττον ἤκουσαν τοὺς Κέλτους ὑπερβεβληκέναι τὰς Ἄλπεις, Λεύκιον μὲν Αἰμίλιον ὕπατον μετὰ δυνάμεως ἐξαπέστειλαν ὡς ἐπ' Ἀριμίνου, τηρήσοντα ταύτῃ τῶν ἐναντίων τὴν ἔφοδον. ἕνα δὲ τῶν πελεκυφόρων εἰς Τυῤῥηνίαν. ὁ μὲν γὰρ ἕτερος τῶν ὑπάτων Γάϊος Ἀτίλιος προεξεληλυθὼς ἔτυχεν, &c. *Romani cumprimùm audiuiſſent Gallos tranſiuiſſe Alpes, miſerunt L. Aemilium Conſ. cum copiis ad Ariminum, vt ab illa parte tranſitum hoſtium prohiberet. Vnum verò ex ijs qui ſecures geſtant (hoc eſt Prætorem) in Hetruriam mittunt. Alter enim Conſul C.*

*Atilius*

[a] περὶ τοῦ πραίτωρος Λυκαονίας.

[b] in vita Æmilij.

[c] li. 2. hiſt.

*Atilius profectus iam erat, &c.* Quòd ſi belli gerendi cauſa in prouinciam Conſul & Prætor ſimul mitterentur, partáque & reportata victoria de triumphandi iure inter eos quæreretur: quis dubitat quin optimi quique iudices id ſequerentur, quod Attilium Calatinum iudicem acceptum inter Luctatium Conſulem & Q. Valerium prætorem, inſigni Pœnorum claſſe circa Siciliam deleta, triumphóque à Senatu decreto pronuntiaſſe legimus: quando ſi dimicandum nec ne eſſet contrariis inuicem ipſi ſententiis diſſediſſent, prioris conſulis partes futuræ, maiúſque habiturum fuerit momentum, quod conſul, quàm quod prætor imperaſſet, ſi auſpicia vterque accepiſſet, ſed diuerſa, magis auſpicio conſulis ſtaretur, eadem omnino ratione in honore triumphi minorem, id eſt prætoris poteſtatem, maiori, hoc eſt Conſulis poteſtati, æquandam non fuiſſe, vt Valerius Maximus auctor eſt [a]. Illud conſtat, etſi collega Conſulis prætor, non par tamen vtriuſque, ſed conſulis maius, Prætoris minus fuiſſe imperium: vt ſuprà oſtendimus, & Iuriſconſultorum noſtrorum auctoritate ſtabiliri poteſt. Quum enim apud eum, cui par imperium eſt, manumittere non poſsimus (vt Paulus [b] ait lib. XVI. ad Plautium) ideóque apud collegam ſuum, id eſt apud prætorem, Prætor manumittere non poſsit, vt idem auctor eodem libro memorat [c]: attamen Prætorem poſſe apud Conſulem manumittere, Paulus idem eo ipſo libro retulit [d]. Sic collegam Dictatoris, magiſtrum militum fuiſſe, qui tamen illius imperio ſubditus eſſet, Polybius [e] in hæc verba docet: οὗτος τέτακται μὲν (inquit) ὑπὸ τὸν αὐτοκράτορα, γίνεται δ' οἱονεὶ διάδοχος τῆς ἀρχῆς ἐν τοῖς ἐκείνου περισπασμοῖς, *hic magiſter equitum ſubijcitur quidem Dictatori, atque eius eſt veluti ſucceſſor vicémque eius ſupplens, quando is variis negotiis diſtractus, cogitur abeſſe.* Et ſtatim, ἐξώρμησε μετὰ τοῦ συνάρχοντος, *profectus eſt cum Collega ſuo, equitum magiſtro*, loquens de Fabio Dictatore qui cum Minucio Magiſtro militum in militiam proficiſcebatur. Sinè quemadmodum Conſulum quàm Prætorum, ita quoque proconſulum quàm proprætorum dignitas fuit anguſtior. Ceſſabat imperium proprætoris præſente proconſule. Quam in rem memorabile ſemper exiſtimaui, quod Plutarchus refert, Catonem Vticenſem proprætorem, cùm ei & Appius Varus & Scipio Proconſul imperium deferrent, ceſſiſſe ac repudiaſſe, ne in leges committeret. Adferam ipſa Plutarchi verba: nam conſignatis tabulis agimus, & non tam nobis, quàm ipſis eorum quæ tradimus auctoribus & fidem & gratiam haberi volumus. Ita igitur Plutarchus de Catone [f], ἀξιούντων δὲ πάντων ἄρχειν αὐτὸν, καὶ πρώτων τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ Οὔαρον ἐξισταμένων καὶ παραδιδόντων τὴν ἡγεμονίαν, οὐκ ἔφη καταλύσειν τοὺς νόμους, περὶ ὧν τῷ καταλύοντι πολεμοῦσιν· οὐδὲ ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ὄντα, παρόντος ἀνθυπάτου προστάξειν. ἀνθύπατος γὰρ ὁ Σκιπίων ἀπεδέδεικτο. *Cùm omnes efflagitarent vt Catoni exercitus & rei ſumma demandaretur: & ipſe Scipio cum Varo primi ſurgentes libenter traderent Catoni imperandi auctoritatem, negauit tamen Cato hoc in ſe recepturum, ne leges ſolueret, quas vt conſeruarent, ipſi bellum gerebant contra eum qui illas ſoluebat: neque ſe v*

a cap.3.li.8.

b l.apud eum 14. de manum.

c l.apud filiumfam. 18.§.1. D. de manu. vindicta.

d d.l.apud eum.§.1.de manum.

e lib.III. vbi de Fabio & Minucio.

f in Catonis Vticenſis vita.

*le, quum eſſet tantùm Proprætor, præſente Proconſule, imperare. Erat enim Scipio Proconſul declaratus, &c.* Cæterùm Prætorum numerum vſque eò adauctum Pomponius tradit [a], vt tandem decem & octo Prætores in ciuitate ius dixerint. Sed hac in re non bene (opinor) Pomponio cum aliis hiſtoricis conuenit: quos inuicem conciliare, noſtri nunc quidem inſtituti non eſt. Quamobrem pergamus, & laboranti Pomponio auxiliarem ac medicam (quod poterimus) manum porrigamus. Ait igitur Pomponius: Et hæc omnia, quoties in Republ. ſunt magiſtratus, obſeruantur. Quoties autem proficiſcuntur, vnus relinquitur qui ius dicat, is vocatur præfectus vrbi: qui præfectus olim conſtituebatur, poſtea ferè Latinarum feriarum cauſa introductus eſt & quotannis obſeruatur. Hîc dubitari & quæri poteſt, quid ſit illud *in Republ.* Videtur opponere eos qui ſunt in Republ. iis qui proficiſcuntur. Quaſi verò ij qui vel belli pro pop. Rom. gerendi, vel prouinciarum pop. Romani adminiſtrandarum gratia, vrbe pedem efferunt, non ſint in Republ. At certè Rempubl. tractant, Reipubl. dant operam, [b] & inſeruiunt, ideóque Reipubl. cauſa abeſſe dicuntur, vt ſcribit [c] Modeſtinus: quod alio loco planiùs explicabitur, cùm erit commodum. An igitur vt vrbis nomine Roma, Magiſtratus nomine vrbanus populi magiſtratus intelligitur: adeò vt à præſidibus prouinciarum, apud Vlpianum, ſecernantur magiſtratus, [d] & pop. Romani magiſtratus: [e] quòd præſides & rectores prouinciarum non tam ſint magiſtratus quàm pro vrbanis magiſtratibus, propriéque poteſtates nominentur [f] quod hodiéque fit in Italia: ſic etiam dicendum eſt eam propriè ac ſpecialiter Rempublicam vocari atque intelligi, quæ ſit populi Romani & vrbis Romæ Reſpublica? Quamobrem qui proficiſcantur in prouincias ſiue iuris, ſiue belli adminiſtrandi gratia, non eſſe in Republ. ſed abeſſe Reipublicæ, id eſt Romanæ Reipublicæ Romaníque (cuius Roma caput eſt) imperii cauſa cenſeantur? Omnino ita videtur: nec placet quod aliquando placuit, vt pro *in Republ.* legamus *in Vrbe*. Nam etſi frequens & perfacilis lapſus eſt, qui fit ex mutatis loco literis, & Pomponius paulò antè prætorem vrbanum appellatum, quòd in vrbe ius dicebat, & prætores in ciuitate, id eſt in vrbe ius dicere ſcripſerit, ac paulò pòſt de præfecto vrbi loquatur, nec præfectum Reipubl. vocet: attamen quando ita vti legimus, in emendatiſſimis quibuſque codicibus legitur, nihil temere immutandum puto: præſertim cùm id verbum & idoneum ſenſum habeat (vt antè oſtendimus) & apud alios auctores ita *Reſpublica* pro vrbe, & *à Republica abeſſe* pro ab vrbe abeſſe, ſcriptũ reperiatur. Salluſtius, vbi de Piſone, cui ob ſuſpicionem vrbanæ coniurationis prouincia Hiſpania vltrò extra ordinem data eſt (vt Suetonius [g] tradit) quémque ſub titulo & honore proprætoris in prouinciam Senatus miſerat, vt eum procul ab vrbe ablegaret, ita loquitur [h]: Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor pro prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo, quòd eum infeſtum Cn. Pompeio cognouerat: neque tamen Senatus prouinciam inuitus dederat, quippe fœdum hominem à Republ. procul eſſe volebat. Viden' vt proprætorem dicit

procul

[a] in l.2. D. de orig. iur.
[b] l.1. D. ex quib. cau. maior.
[c] l. abeſſe. D. ex quib. cau. maio.
[d] l. aliud eſt fraus. 131. §. vlt. D. de verb. ſign.
[e] l.3. §.1. D. quod met. cau l.4. §.1. D. de inter. in iure fac.
[f] vide lib. 14. de ver. ſignific.
[g] in Iulio, cap. 9.
[h] in Catilinæ coniurat.

procul eſſe à Republ. quia Romæ non ſit, &(vt Aſconius hac ipſa de re agens expreſsit) quia procul ab vrbe ſit? Aſconij hæc verba ſunt [a], Piſo autem, cùm hæc dicerentur, perierat in Hiſpania, miſſus à Senatu per honorem legationis, vt ab vrbe ablegaretur. Sic enim & feliciter (meo quidem iudicio) & rectè Franciſcus Robortellus Vtinenſis V.C. hunc locum reſtituit: cùm in omnibus exemplaribus antea corruptè omnino contra hiſtoricam fidem, contra rationem & nullo ſenſu legeretur hoc modo, *Vt auus ſuus ablegaretur.* Quamobrem *ab Republ. abeſſe*, quod Saluſtius vſurpauit, & *ab Vrbe abeſſe*, quo Aſconius vtitur, idem ſignificant *in Repub.* apud Pomponium, idem quod *in Vrbe* Sic Rempubl. apud Cornelium Tacitum [b], id eſt vrbem Romam interpretor: cùm ſcribit, Heluidius & Paconius Italia depelluntur: Montanus patri conceſſus eſt, prædicto ne in Republ. haberetur. vbi non ignoro Reipubl. nomine ab aliis [c] honores & munera publica deſignata exiſtimari: & verò non inſcitè id fieri: quum & apud Senecam [d] quoque nihil aliud eſſe videatur à Republica, niſi à Reipubl. adminiſtratione, ab honoribus: ad quos Iulium Cæſarem admiſiſſe & proſcriptorum liberos tradit Suetonius Iulio. Et Velleius Paterculus lib. 2. hiſt. Rom. Reſtituta in ædilitate ab ipſo monumenta C. Marij ſimúlque reuocatos ad ius dignitatis proſcriptorum liberos. Síeque apud ipſum Cæſarem [e], vbi de Cœlio & Caio Trebonio Prætt. De quibus rebus Seruilius Conſul ad Senatum retulit, Senatúſque Cœlium ab Republ. remouendum cenſuit: hoc decreto eum Conſul Senatu prohibuit, & concionari conantem de Roſtris deduxit. Et apud Paterculum de hoc ipſo M. Cœlio agentem: in vrbe ſeditionem aut magis occultè bellicum tumultum mouens, primò ſummotus à Republ. mox conſularibus armis auctore Senatu circa Turios oppreſſus eſt. Et ſtatim, de Epidio & Cæſetio tribb. pleb. dum arguunt in Cæſare regni voluntatem, penè vim dominationis expertis, hæc adiecit: in hoc tamen ſæpe laceſsiti principis ira exceſsit, vt cenſoria potiùs contentus nota, quàm animaduerſione dictatoria ſummoueret eos à Republ. Apud Ciceronem [f] etiam vbi omne illud tempus quod fuit antequam iſte ad magiſtratus Rémque publ. acceſſit, habeat per me ſolutum ac liberum. Denique apud Lampridium [g]. vbi ergo Auguſtum (inquit) agere cœpit imperium, primùm remouit iudices omnes à Republ. & à miniſteriis, atque muneribus, quos impurus ille Halagabalus ex genere hominum turpiſsimo prouexerat. Veruntamen in eo Taciti loco, quod olim ſenſeram, nunc etiam probo, iis quæ præcedunt ibidem commotus: vt Reipubl. appellatione vrbs Roma demonſtretur: præſertim cùm ne ad Reipubl. adminiſtrationem atque ad honores admitteretur Montanus, id patri eius dicendum non fuerit, cui poteſtas eius rei non eſſet: ſed patri, cui concedebatur filius, hoc dicendum fuit, ne haberet eum in vrbe, ſed rus relegaret, quò tamen eum poſſet, cùm vellet, inuiſere. Similiter equidem Reipublicæ nomine, vrbem Romam deſignatam crediderim, apud ipſum, quem antè nominaui, Paterculum: in illo loco, idem P. Clodius in Senatu ſub honorificen-

a ex commentario in Ciceronis orationem in cõpetitores.

b lib. xvi.

c Lipſ. ad illũ locum.

d lib. ii. de ira. cap. 34. vbi inter Syllanæ crudelitatis exẽpla eſt, quòd à Republ. liberos proſcriptorum ſubmouit.

e lib. 3. de bello ciuili.

f lib. i. in Verrem.

g Alexandro.

tiſsimo miniſterij titulo M. Catonem à Republica relegauit: quippe legem tulit vt is quæſtor cum iure prætorio, adiecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum, ad ſpoliandum regno Ptolemæum omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum, &c. Qui locus illi Salluſtiano(quem antè expreſsimus) omnino reſpondet: cùm vtrobique de quæſtore agatur miſſo in inſulam aut in prouinciam relegato, procul à Republica, hoc eſt ab vrbe: non enim ab adminiſtratione Reipubl. aut ab honoribus remotum rectè dixeris, honorificentiſsimo quæſturæ titulo donatum,& ea curantem quæ ad Romanam Rempublicam pertinent. Sequitur apud Iuriſconſultum ¶ *qui præfectus olim conſtituebatur.* Quid eſt quod ait præfectum olim conſtitutum, poſtea feriarum Latinarum cauſa introductum eſſe, & quotannis obſeruari? Hunc locum & mancum & mutilum eſſe quis bene oculatus non videt? Equidem etſi non ſum Lynceus, attamen antequam hac de re Budæo V.C. quidquam ſuboluiſſe intelligerem, ipſe ab initio ſola ratione naturali ductus (quam qui velut magiſtram in legendo & meditando non adhibet, oleum & operam perdit) non bene apta eſſe inter ſe omnia iſta perſpexi: ac potiùs aliquid tale in priori membro reponi debere, vt quam ob cauſam, aut quatenus, aut ad quod vſque tempus olim conſtitueretur præfectus intelligeremus: quemadmodum ſubiicit quamobrem poſtea introductus fuerit, nempe Latinarum feriarum cauſa. Non poſſum probare illorum opinionem, qui vt huius rationis aculeos effugiant, eam extraordinariam (vt ita loquar) interpretationem conſtituendi verbo adhibent, vt *conſtitui*, extra ordinem conſtitui ſignificet. Nec tamen nego quin ſint quidam magiſtratus, qui extra ordinem vtilitatis cauſa conſtituantur: nam de præfecto annonæ & vigilum id poſtea Pomponius tradit: hoc nego, *conſtitui*, eſſe *extra ordinem conſtitui*. Alioqui non modò præfectus, ſed omnes Romani magiſtratus fuiſſent extraordinarij, quòd eos fuiſſe conſtitutos Pomponius dixerit. Nam vbi de Conſulibus [a], Exactis deinde Regibus (inquit) Conſules conſtituti ſunt duo, ſic Cenſores, Aediles, Quæſtores ærarij, Quæſtores parricidij, Decemuiri, Tribuni militum, Centumuiri, Quatuoruiri, Quinqueuiri, Triumuiri, Prætores, ac omnes denique populi Romani magiſtratus, qui ius in vrbe dicunt, conſtituti fuêre, ſi verbis Pomponij credimus. Hoc enim conſtituendi verbo cum de horum omnium creatione agit, vſus eſt. Non ſequor Budæum, qui pro *conſtituebatur*, legendum cenſet hoc modo *conſtituebat vrbem*. Cur non ſequar, nihil magnopere attinet vt dicam: nam nec ipſe cur ita ſentiat aut ſcribit, aut quid omnino ſentiat ſatis exprimit. Id potiùs proferam, ſi videtur, quomodo Pomponium noſtrum eſſe locutum arbitrer. Ita nimirum *is vocatur præfectus vrbi, qui profectis olim conſtituebatur, &c.* Vult igitur (mea quidem ſententia) Pomponius hoc appoſito verbo breuiter repetere quod paulò antè ita dixerat *quoties proficiſcuntur*, vt ad ea quæ ſubiicit, commodiore via tranſeat. Quod pro *præfectus* lego *profectis*, mirum non videbitur, neque abſurdum ei qui ſcierit apud Martianum [b], vbi omnes codices habent, *at ſi quis aduerſus*

a §. exactis.

b l. 1. §. tutores. D. ad leg. Corn. de fal.

*hanc legem præfecto ærario obrepſerit*, in Florentinis libris ita legi, *ac ſi quis aduerſus hanc legem profectus ærario obrepſerit.* Denique in vnius literulæ immutatione, etſi magna vis perſæpe eſt, non tamen vſque adeò moroſi eſſe debemus (niſi fallor) vt ſcripto rationem poſtponamus: ac tum maximè, cùm hæc alicuius loci ſimilitudine atque authoritate fulciri & ſuſtentari poteſt. Adſcripſi rationem ſuperius, quatenus quidem ea literis exprimi potuit, quæ faciliùs mente & cogitatione percipitur: Conſequens eſt, vt auctoritatem adiiciam. Cornelius Tacitus libro quinto. Sed præcipua ex eo gloria, quòd præfectus vrbi recens continuam poteſtatem & inſolentia pari grauiorem mirè temperauit: namque antea profectis domo regibus, mox magiſtratibus, ne vrbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur qui ius redderet, ac ſubitis mederetur, ferúntque à Romulo Dentrem Romulium, poſt à Tullo Hoſtilio Numam Martium, & à Tarquinio Superbo Sp. Lucretium impoſitos. Dein Conſules mandabant. Durátque ſimulacrum quoties ob ferias Latinas præficitur qui conſulare munus vſurpet. Ex hoc Taciti loco, qui aliis compluribus vt mihi quoque innotuit, auſim affirmare deprompτum eſſe illum quem exponimus Pomponij locum. Illuſtratur quidem certè, ac integritati ſuæ reſtituitur: nam quod nos *profectis* reponimus apud Pomponium, id (vt verum fatear) ex Tacito dudum deſumpſimus. Quod autem *profectis* lego, nec addo articulum *iis*, id eſt magiſtratibus: id eò facio, quòd etſi non adſcribatur, ſatis per ſe intelligitur. Sic & apud Scæuolam [a] *ibique viuo pariat* (ſic enim legendum ex Pandectis Florent.) id eſt eo viuo: & paulò pòſt *redeátque mortuo*, id eſt eo mortuo. Quod (vt obiter dicam) loquendi genus Græcum eſt, vtpote quo vtitur Antiphon περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου, cùm ait, καὶ μὴν ἔτι ἐγρηγορότων φασὶν ἐκβῆναι τὸν ἄνδρα ἐκ τοῦ πλοίου: *De cæde Herodis. Cùm adhuc vigilarent, dicunt hominem è naui exiſſe.* & Suetonio familiare: Nam in Iulio [b], Triumphalem virum repetundarum poſtulauit, abſolutóque Rhodum ſecedere ſtatuit: & in Othone [c], Vbi nam Imperator eſſet requirentes, perruperunt in triclinium vſque: nec niſi viſo deſtiterunt. Et poſtea [d], Irrumpentibúſque ad primum gemitum modò celans, modò detegens plagam, examinatus eſt. Illud non omittam vidiſſe me, Romæ cùm eſſem annis ſuperioribus, in bibliotheca Vaticana tres antiquiſsimos libros Digeſtorum, in quorum vno pro *fere* emendatum eſt *vero*, ac fortaſſe ita legendum eſt: quod faciliùs admittent quibus digammatis Æolici (quo plerunque Pandectarum Florentinarum ſcriptor eſt vſus, vt & *præfuit* pro *præbuit*, & *ſi* pro *vi*, & plurima eius generis poneret) poteſtas non erit incognita. Quod autem de præfecto feriarum Latinarum cauſa introducto hîc dicitur, expoſuere Budæus [e], Balduinus [f], Hotomanus [g], adhibitis Gellij [h] & Macrobij [i] locis. Id nondum quod ſciam à quoquam fuit expoſitum, cur conſtitueretur præfectus vrbis feriarum Latinarum cauſa. Ego reperio ſolitos in Albanum montem quotannis vrbe proficiſci omnes

a in l. Gallus. § ſi eius. D. de liber. & poſthum.

b cap. 4.

c cap. 8.

d cap. 11.

e in annot. ad Pandectas.

f in notis ad Pandectas.

g in comment. ver. iuris.

h lib. 14. cap. vlt.

i lib. 1.

vrbanos magiſtratus, ad ſacra Ioui per triduum aut quatriduum pro Latino populo facienda, quibus induciarum olim inter Romanum Latinúmque populum factarum memoria renouabatur: & his conceptiuis Latinarum feriarum diebus, ex Albano monte Latinis populis

a lib. 5. de lingua Latina. carnem ex ſacris petere ius cum Romanis fuit, vt apud Varronem [a] legimus. Ad illa ſacra iſtud Dionis [b] refero: *κεραυνὸς εἰς τὴν ἐν τῷ Ἀλ-*

b ex lib. 54 *βανῷ οἰκίαν, εἰς ἣν οἱ ὕπατοι ἐν ταῖς ἱερουργίαις καταλύουσιν, ἐνέσκηψε. Domus illa in Albano ad quam Conſules diuertunt quando ibi ſacra fiunt, fulmine tacta fuit.* Adeò autem omnes magiſtratus proficiſcebantur, vt ne Tribunus quidem plebis (cui nullum diem abeſſe Roma licebat, vt eſt apud Gellium [c], *ᾧ μηδεμίαν νύκτα ἐκ τῶν νόμων ἀποδημῆσαι*

c li. 3. c. 2. *ἐξῆν, cui legibus non erat permiſſum vt extra vrbem pernoctaret*, vt Dio

d lib. 45. [d] de Antonio Tribuno plebis ſcribit) Romæ maneret. Ne igitur eo tempore vrbs ſine magiſtratu foret, ac vt petentibus dici ius poſſet, præfectus vrbi introductus eſt, ſimulachro quaſi quodam (vt Tacitus loquitur) & imagine illius creationis quę fiebat ab initio, propter magiſtratuum ab vrbe in prouincias profectionem belli gerendi gratia.

e ex lib. 8. Huc pertinet Dionyſij Halycarnaſſei locus [e] quem ſubiiciam, vbi de Tribuno plebis, *οὐδενὸς γάρ εἰσιν τῶν ἔξω τῆς πόλεως οἱ τὴν δημαρχικὴν ἔχοντες ἐξουσίαν κύριοι, περιγέγραπται αὐτῶν τὸ κράτος τοῖς τείχεσι, καὶ οὐδὲ ἀπαυλισθῆναι τῆς πόλεως αὐτοῖς θέμις, ὅτι μὴ πρὸς ἕνα καιρὸν, ἐν ᾧ πᾶσαι θύουσιν αἱ τῆς πόλεως ἀρχαὶ κοινὴν ὑπὲρ τοῦ Λατίνων ἔθνους τῷ Διῒ θυσίαν, ἐπὶ τὸ Ἀλβανῶν ὄρος ἀναβαίνουσαι. τοῦτο διαμένει μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων τὸ ἔθος, τὸ μηδενὸς εἶναι τῶν ἔξω τῆς πόλεως τοὺς δημάρχους κυρίους. Nullam habent extra vrbem Tribuni plebis iuriſdictionem. Nam eorum poteſtas eſt vrbis mœnibus circunſcripta. Neque fas eſt illis extra vrbem pernoctare: niſi certo quodam tempore, quo omnes vrbis magiſtratus ſacra faciunt, commune pro Latino nomine ſacrificium Ioui facientes, conſcendentes ad Albanum montem. Ille mos ad noſtra tempora permanſit: vt Trib. pl. nullam habeant extra vrbem autoritatem.* Atque hæc quidem omnia quæ de creatione aut conſtitutione Præfecti vrbi feriarum Latinarum cauſa, per id tempus quo vrbani omnes magiſtratus in Albano cum Latinis Ioui ſacrificabant, Strabo his verbis perſtrinxit, vbi de Albano monte agens, *ἐν τούτῳ* (inquit) *Ῥωμαῖοι σὺν τοῖς Λατίνοις Διῒ θύουσιν ἅπασα ἡ συναρχία ἀθροισθεῖσα: Ibi Romani cum Latinis Ioui ſacra faciunt, omnibus congregatis magiſtratibus:* vbi monendus eſt lector perperam ab interprete *συναρχίαν* regium cœtum, pro conuentu magiſtratuum reddi. Nec enim populus omnis Romanus, ſed omnes vrbani magiſtratus in Albano faciebant cum Latinis: vt ex illo Dionyſij loco manifeſtum eſt. Sequitur deinde apud Strabonem de Præfecto, *τῇ πόλει δ' ἐφιστᾶσιν ἄρχοντα πρὸς τὸν τῆς θυσίας χρόνον τῶν γνωρίμων τινὰ νέων. Vrbi præficiunt magiſtratum quendam ex claris iunioribus, tempore illius ſacrificij.* Itaque præfectus vrbis feriarum Latinarum tempore poſtulationibus audiendis vacare, ac ius dicere poterat: nam non modò Conſulare, ſed omnium etiam magiſtratuum munus, aut certè muneris quandam ſimilitudinem vſurpabat, & æquum fuit profectò

ut ſaltem ſubitis mederetur. Facit in hanc rem ille Taciti locus [a], vbi ait, Cæterùm poſtulandis reis tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus præfectum vrbis Druſum, auſpicandi gratia tribunal ingreſſum, adierit Calpurnius Saluianus in Sextum Marium. Item quod Iulius Capitolinus in M. Antonino philoſopho ſcribit ſic ferè, Virilem togam ſumpſit quintodecimo ætatis anno, ſtatímque ei L. Ceionij Commodi filia deſponſata eſt ex Adriani voluntate, nec multo pòſt præfectus feriarum Latinarum fuit, in quo honore præclariſsimè ſe pro magiſtratibus agentem & in conuiuiis Adriani principis oſtendit. Hoc enim loco præfectum feriarum, præfectum vrbis feriarũ Latinarum cauſa conſtitutum interpretor: πολίαρχον εἰς τὰς ἀνοχὰς ἀναιρεθέντα, quemadmodum Dio loquitur [b]. Porrò poſtulationes harum feriarum tempore à Claudio Imperatore interdictas fuiſſe ſcribit Suetonius [c] his verbis, Auſpicatus eſt & iuriſdictionem præfecti vrbi ſacro (aliàs atque) Latinarum celeberrimis patronis non tranſlatitias vt aſſolet, & breues, ſed maximas plurimáſque poſtulationes certatim ingerentibus, quamuis interdictum à Claudio eſſet. In hanc de præfecto vrbis diſputationem longius ab inſtituto me prouexit Pomponius. Itaque reuertar ad Conſules ac Prætores, de quibus (vt ſum initio pollicitus) ea tantùm, ſi potero, dicam, quæ ab aliis nondum animaduerſa, literíſve prodita credimus: & tamen ad cognitionem antiquitatis maximè pertinent. Dicam autem eo ordine, quo quidque in mentem venerit. Inter inſignia & ornamenta conſularia ſellæ curules connumerantur [d]. Caſsiodorus in formula Conſulatus [e], Sellam curulem pro ſua magnitudine multis gradibus enixus, aſcende. Auſonius ad Gratianum Imp. diſcipulum in gratiarum actione pro conſulatu, ipſa autem ſedes honoris Sella curulis glorioſa pompis imperialis officij, in cuius me faſtigio ex qua mediocritate poſuiſti, quoties à me cogitatur, vincor magnitudine & redigor ad ſilentium, non ingratus beneficiis, ſed oppreſſus. Has ſedes conſulares eburneas, vel (vt Vopiſci in Aureliano, & Sidonij ad Syagrium [f] verbo vtar) eboratas fuiſſe reperi qui ſcriberent [g], qui aliquo auctorum teſtimonio comprobarent non reperi. Quamobrem operæpretium facturus videor, ſi veterum & probatorum ſcriptorum auctoritatem in hanc rem attuleró. Liuius [h], Romæ interim ſatis iam omnibus, vt in tali re ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum domo regreſſa aduentum hoſtium obſtinato ad mortem animo expectabat, qui eorũ curules geſſerant magiſtratus, vt in fortunæ priſtinę, honorúmque aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſsima veſtis eſt thenſas ducentibus, triumphantibúſve, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedêre. Hęc Liuij verba ad curules omnes magiſtratus pertinẽt: Ad conſules propriè ac ſpecialiter, quæ ex variis auctoribus Græcis & Latinis adſcribam. Dionyſius Halicarnaſſeus vbi de Conſulibus [i], θρόνον δὲ (inquit) τοῖς ἀνδράσιν ἐλεφάντινον, ἐν ᾧ καθεζόμενοι δικάζουσι, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα περιπόρφυρον, καὶ τοὺς προηγουμένους ἐν ταῖς ἐξόδοις δώδεκα πελέκεις καταλιπεῖν. *Sellam eburneam, in qua ſedent qui ius dicunt; & albam veſtem*

a ex lib. 4.
b lib 41. 43. & 48.
c in Nerone cap. 7.
d vide Briſſoniũ cap. 15. li. 3. Antiquit.
e lib. 6. Variarum.
f epiſt. 8. lib. 8.
g Lazius lib. 1. comment. Reipub. Rom. cap. 3.
h lib. 5. ab vrbe cond.
i lib. 4.

*purpurâ fulgentem, & duodecim lictores cum ſecuribus in via præeuntes, illis, relinquunt:* Ouidius lib. 1. Faſtorum,

*Iámque noui præeunt faſces, noua purpura fulget,*
*Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur.*

Claudianus in tertium Honorij Conſulatum,

*Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres,*
*Seu celebres ludos, ſolio ſeu fultus eburno.*

Et apud Flauium Vopiſcum Aurelianus Imp. ſic loquitur, Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales quatuor, &c. ſubarmalem profundum, ſellam eboratam, Nam te Conſulem hodie deſigno ſcripturus ad Senatum, &c. At non modò ex ebore factas curules & conſulares ſellas, verùm etiam ſigna in ipſis fuiſſe impreſſa teſtatur idem Ouidius libro 4. de Ponto [a],

[a] Eleg. 9.

*Dúmque latus cinget ſancti tibi turba Senatus,*
*Conſulis ante pedes ire iuberet eques.*

Sequitur deinde,

*Signa quoque in ſella noſſem formata curuli:*
*Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.*

Et Elegia decima,

*Aut reget ille ſuos dicendo iura Quirites,*
*Conſpicuum ſignis cùm premet altus ebur.*

Primum Claudium Imperatorem ſella operta vſum eſſe, poſt quem non Imperatores modò, ſed etiam Conſules eodem vehiculi genere geſtari conſueuerint, auctor eſt poſt Dionem [b] Xiphilinus in Claudio: δίφρῳ (inquit) καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὐχ ὅτι οἱ αὐτοκράτορες, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες διφροφορούμεθα. πρότερον γὰρ ἄρα ὅτε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος (apud Dionem additur ἄλλοί τε τινὲς) ἐν σκιμποδίοις, ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν, ἔστιν ὅτε ἐφέροντο, *Lectica operta primus Romanorum vſus eſt, atque ab eo tempore, non tantùm ipſi Imperatores, ſed nos etiam Conſulares lecticâ vehimur. Antea verò tum Auguſtus tum etiam Tiberius, & alij nonnulli, paruis lecticis, quibus etiamnum fœminæ vtuntur, interdum vehebantur.*

[b] lib. 58.

Poſt Claudij principis obitum medio diei tertio ante idus Octobr. foribus palatij repentè diductis comitante Burro Neronem egreſſum ad cohortem quæ more militiæ excubiis aderat, ibi monente præfecto fauſtis vocibus exceptum, ac lecticæ inditum illatúmque caſtris, & congruentia tempori præfatum promiſſo donatiuo ad exemplum paternæ largitionis imperatorem conſalutatum fuiſſe Tacitus [c] memorat: idque (ni fallor) Suetonium mouit, cùm operta ſella & principes & conſules tempore quo vixit vterentur, vt Auguſtum adaperta ſella vſum fuiſſe literis mandaret. Eius [d] hæc verba ſunt: In Conſulatu pedibus ferè, extra conſulatum ſæpe adaperta (ſic enim potius lego, vt quibuſdam placet, quàm vt vulgò ſcriptum eſt *adoperta*) ſella per publicum inceſsit. De Adriano Imp. literis proditum eſt, quum è Senatu aut ſpectaculis domum reuerteretur, lectica geſtari ſolitum, ne quem officij cauſa inquietaret: ſic enim ex Dione Xiphilinus [e]: καὶ οἴκαδε

[c] Lib. 12. annal. ad fin.

[d] Octauio, cap. 53.

[e] in Adriano.

ἀνα-

ἀνακομιζόμενος ἐν φορείῳ ἐφέρετο, ὅπως μηδένα συνακολουθοῦντά οἱ ἐνο-
χλοίη. Sed & Seuerus Imp. operta lectica plerunque geſtabatur ob in-
ualetudinem, ἐκομίζετο γὰρ ὡς ἀληθῶς (ait Xiphilinus [a] idem) ἐν σκιμπο- a in Seuero.
δίῳ καταστέγῳ τινὶ τὰ πολλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν. Quam verò Xiphilinus
δίφρον κατάστεγον, id eſt lecticam ſiue ſellam opertam, & Imperatori-
bus & ſui temporis Conſulibus tribuit, eam lecticam conſularem, vt b in ſ. d. loco.
à Cornelio Tacito [b], ſic à Mamertino vocari arbitror: cùm ait [c], Pe-
nè intra ipſas Palatinæ domus valuas lecticas conſulares iuſſit inferri, c in panegyrico Iuliani.
& cùm honori eius venerationíque cedentes ſedile illud dignitatis
ampliſsimæ recuſaremus, ſuis nos propè manibus impoſitos mixtus
agmini togatorum præire cœpit, pedes gradum moderans penè ad li-
ctoris nutum & viatoris imperium. Sanè operta ſella ſiue lectica fœ-
minæ Romanæ Auguſti temporibus vehi conſueuerant: ídque Dio
[d] ſignificat, vbi de Athenodoro quodam loquitur, ὅτι τοῦ Ἀθηνοδώρου d lib. 56.
ἐν δίφρῳ ποτὲ καταστέγῳ ἐς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ (Auguſti) ὡς καὶ γυναικός
τινος ἐσκομισθέντος, καὶ ἐξ αὐτοῦ ξιφήρους ἐκπηδήσαντος, καὶ προσειπόντος,
οὐ φοβῇ, μήτις σε οὕτως ἐσελθὼν ἀποκτείνῃ· οὐχ ὅπως ὠργίσθη, ἀλλὰ καὶ χά-
ριν αὐτῷ ἔγνω, *Cùm Athenodorus aliquando, in lectica operta, domum e-
ius ventitaret, vectus vt fæmina, atque ex ea pugionem geſtans deſiliſſet
dixiſſétque, Annon times nequis ita irruens te interficiat? non tantùm ei
non ſuccenſuit, ſed etiam gratiam habuit.* Huius lecticæ vſum probroſis
fœminis Domitianus ademit, vt apud Suetonium [e] legimus. Quomo- e Domitiano ca. 8.
do Conſules, ita etiam proconſules in prouinciis curuli ſella vectos,
dubium non eſt: cùm & legati proconſulum (qui antea pedibus am-
bulabant) in vehiculo ſedere cœperint, poſtquam Septimius Seuerus
in legatione proconſulis Africæ quendam municipum ſuorum Lep-
titanum hominem plebeium, quòd ſe tanquam antiquum contuber-
nalem ſed præcedentibus faſcibus amplexus eſſet, fuſtibus cecidit ſub
hoc præconis elogio, *Legatum populi Romani homo plebeius temere am-
plecti noli*: qua de re Spartianus in vita Septimij Seueri loquitur. Illud
obiter dicam, apud Spartianum in eo loco, vbi *legatum populi Romani*
omnes legunt, *legatum Proconſulis* à me agnoſci: præſertim cùm in ple-
riſque libris illa verba his ſiue literis ſiue notis ſcripta ſint, *legatum
P. R.* & de legato Proconſulis ibi loquatur, vt ea quæ præcedunt ver-
ba huiuſmodi ſatis indicant, Acta igitur quæſtura Sardinienſi legatio-
nem Proconſulis Africæ accepit, &c. Adde quòd hic legatus non e-
rat pop. Romani legatus. Nam vt olim (qua de re diximus in com-
mentario de regulis iuris [f]) ita tum, id eſt Septimij Seueri temporibus, f ad l. nemo poteſt. 70. de reg. iur.
non à populo, ſed à Senatu mittebatur [g]. Extat epiſtola ipſius Alexan-
dri, qui aliquanto poſt Seuerum imperauit, & apud Capitolinum ex- g Vide Vopiſcum in Probo.
tat: qua Senatui gratias agit quòd Gordianum ad Africam proconſu-
lem deſtinauerit. Tum deinde ſubiicitur apud eundem Capitolinum,
Nam cùm temporibus Maximini hominis ſæui atque truculenti pro-
conſul Africam regeret, eíque legatus filius eſſet à Senatu datus, &c.
& poſtea talis de Gordianis oratio Conſulis ad Senatum ante ſolitas
acclamationes, priuſquam aliquid in Maximinum feliciter diceretur,

ab ipſo Capitolino proponitur. P. C. Gordiani duo, pater & filius, ambo ex Coſſ. vnus veſter proconſul, alter veſter legatus magno Afrorum conſilio Imperatores ſunt appellati. hoc autem fuit à vetuſto more ſub libera Republ. Etſi enim ex Auguſti inſtituto cœpit legatus non alius à proconſule eligi, niſi quem ipſe princeps adprobaſſet, aut certè qui electus eſſet, is approbationem principis expectabat: vnde

a lib. 53. Romanæ optimus antiquitatis auctor Dio [a], τοὺς δὲ δὴ παρέδρους αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκαστος αἱρεῖται, ἕνα μὲν οἱ ἐστρατηγηκότες καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων σφίσιν, ἢ καὶ τῶν ὑποδεεστέρων· τρεῖς δὲ οἱ ὑπατευκότες ἐκ τῶν ὁμοτίμων, οὓς ἂν καὶ ὁ αὐτοκράτωρ δοκιμάζει. *Vnuſquiſque eorum ſibi allegit quem vult: vnum quidem iy qui prætura functi ſunt, ex eodem ordine ſuo, atque etiam ex inferioribus. Conſulares verò tres eiuſdem ordinis, quos Imperator approbauerit.* Antiquitus tamen florente Republ. à magiſtratibus legati iuſſu Senatus nominabantur: eóſq; ſibi legabat (ex Senatuſcõſulto ſcilicet)

b ad d. l. 70 de reg. iur. is cui prouincia ſortitò obtigerat: id quod alibi [b] ex Cicerone docuimus: cuius auctoritati adiungendũ hoc ex Liuio [c] teſtimoniũ:

c lib. 43. Decernunt frequenter, vt Gaius Sulpitius prætor tres ex Senatu nominet legatos. P. ſanè Furius Philus in Senatu Q. Metellum Quinctúmque Pompeium Conſulares viros, vehementes inimicos ſuos, cupitam ſibi profectionem in prouinciam Hiſpaniam, quam ſortitus erat, identidem exprobrantes, legatos ſecum illuc ire coegit (vt eſt apud Vale-

d c. 7. lib. 3. rium Maximum [d],) vſúmque miniſterij virtutum in amicis è ſinu inimicorum petere ſuſtinuit. Sic ipſi Conſules nominabant Proconſules qui in militiam mitterentur, vt ex Polybio addiſcimus [e]. Nec ta-

e lib. 3. ad finem. men negarim æquè legatum pop. Rom. dici poſſe) præſertim cùm in prouincias populo Romano attributas proconſules cum legatis iam

f vide Dionem ipſum hac de re lib. 53. inde ab ipſo Auguſto qui eas diſtribuerat mitterentur [f]) ſicuti Senator populi Romani dicitur à Spartiano ipſo in Adriano ſub initium Anius Marillinus, qui primus in ſua familia Senator pop. Rom. fuit: ſicuti etiam Trebellius Pollio in Tetrico loquitur: quo loco, Senatorem populi Rom. ait, eundémque Conſularem per triumphum duxit. Redeo ex diuerticulo in viam, id eſt ad honores atque inſignia prouincialium magiſtratuum, de quibus dicere cœperam. Iuſtinianus igitur Prætori Piſidiæ, & prætori Lycaoniæ ſuis hæc inſignia tribuit: Curulem ſellam argenteam, ſecurem Conſularem, & faſces ſiue virgas. Sic enim Nou. 24. καὶ πάντα ἕξει τὰ τῆς ἀρχῆς παράσημα, ὅποσα καὶ νῦν ἔχει, δίφρον τε ἐξ ἀργύρου, καὶ πέλεκυν, καὶ ῥάβδους. *Et omnia habebit inſignia Magiſtratus, quæ nunc habet, curulem ſellam argenteam & ſecures, & faſces.* Et Nou. 25. ἀλλ' ὅμως ἐπί τε ἀπήνης ἀργυρᾶς καθεδεῖται, καὶ ἡγήσεται πέλεκυς αὐτοῦ (ὑπατικῆς γὰρ δὴ καὶ τοῦτο σύμβολον ἀρχῆς) ῥάβδοι τε ὁμοίως προπομπεύσουσι. *attamen in ſella curuli argentea ſedebit, & præcedet ipſum ſecuris (nam & hoc conſularis imperij ſignum eſt) ſimiliter & faſces ipſi cum ſolennitate præibunt.* Mirum, ſed tamen à Suetonio

g in Auguſto cap. 52. [g] proditum: Templa etiam Proconſulibus decerni olim in prouinciis ſolita, quem tamen honorem idem auctor Auguſtum non, niſi communi ſuo Romæque nomine, recepiſſe ſcribit. At enim quando in

hunc

hunc de honore publicè magiſtratibus habito locum incidimus: quis non lubenter illud quoque nunc vel addiſcat vel memoria repetat, quod Toloſanis ciuibus noſtris, & item aliis Galliæ populis) qui ex obſeruantia, fide, ac deuotione in principem ſingulari præ gentibus & nationibus exteris laudem inuenimus) hoc & ſuperiore anno à reparata ſalute CIↃIↃLXV. vſuuenit, vt cùm portas huius vrbis intraret Karolus, hæque ipſum habitu illo in ſinum reducto, & procurrentibus vtrinque turribus (vt Panegyriſtes ad Conſtantinum ait) amplexu quodam viderentur accipere, vt nos quoque ſupplicibus votis fauſtíſque ominibus diuinum propè principem proſequeremur, viáſque omnes (eas certè quibus in palatium peruenitur) & aulæis, & ſuppellectile, & floribus, & ſertis vndique certatim ſparſis exornaremus: quis (inquam) id non magna cum animi voluptate intelligat, ſi ex veteri more eſſe, & non modò in Imperatorum Romanorum, ſed & in Conſulum ingreſſu in vrbem obſeruatum à Romanis fuiſſe doceamus? Claudianus vbi de Stiliconis Conſulis in vrbem reditu loquitur [a], a in panegyr. 2.

*Quæ tunc Flaminiam ſtipabunt millia vulgi?*
*Fallax ô quoties rumor deludet amorem*
*Suſpenſum, veniens omni dum crederis hora,*
*Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes*
*Flore viæ, ſuperet cùm Pythia limina Conſul*
*Arduus, antiqui ſpecies Romana Senatus.*

Sic in gratiarum actione ſiue in panegyrico qui Flauienſium nomine dictus eſt Conſtantino Imperatori, qui Flauiam Heduorum acceſſerat, eíque tributa remiſerat, cenſum releuarat, reliqua indulſerat, ſcriptum legimus. Caluit in nobis vltra vires (inquit auctor panegyrici) noſtras animus ad lætitiam, vt quodam præſagio futuræ felicitatis elati tanta te exultatione ſuſceperimus, quaſi iam indulgentiam qua futurus eras haberemus. Exornauimus vias quibus in palatium peruenitur, paupere quidem ſupellectile, omnium ſigna collegiorum, omnium Deorum noſtrorum ſimulachra protulimus, pauciſsima clarorum inſtrumenta modulorum. Latinus Pacatus in Panegyrico Theodoſij, vbi de Narona Illyrici oppido loquitur. Iam quocunque tuliſſes gradum, ſequi, circumcurſare, præcedere, vias denique quibus ferebaris obſtruere, nullus cuiquam ſui tuíve reſpectus blandam tibi faciebat iniuriam. Quid ergo referam pro mœnibus ſuis feſtum liberæ nobilitatis occurſum? Conſpicuos veſte niuea Senatores (decuriones intelligit) reuerendos municipali purpura flamines, inſignes apicibus ſacerdotes? Quid portas virentibus ſertis coronatas? quid aulæis tardantes plateas, accenſíſque funalibus auctum diem? &c. Quid effuſam in publicum turbam domorum, gratulantes annis ſenes, pueros tibi longam ſeruitutem vouentes, matres lætas, virginéſque ſecuras? Quod de puerorum votis, de funalibus accenſis, de ſertis virentibus Pacatus retulit, hoc quoque apud Ammianum Marcellinum [b], vbi de Iuliani Bononiam ingreſſu loquitur, legimus: cúmque ſuburbanis propinquantem amplius nimiúmque protentis, militaris & omnis generis turba b lib. 21.

cum lumine multo & floribus, votíſque fauſtis Auguſtum appellans & dominum duxit in regiam: vbi euentu lætus, & omine firmata ſpe venturorum, quòd ad exemplum vrbium matris & populoſæ & celebris per alias quoque ciuitates vt ſidus ſalutare ſuſciperetur, &c. Sed & quum Nero Neapoli reuerſus cum Tiridate vrbem ingrederetur, populum omnem & luminibus & coronis & albis veſtibus ornatū fuiſſe, quò lætitiam teſtaretur, ex Dione Xiphilinus [a] his verbis prodidit: μετὰ δὲ τοῦτο ἔς τε τὴν Ῥώμην αὐτὴν ὁ Νέρων αὐτὸν ἀνήγαγε, καὶ τὸ διάδημα αὐτῷ ἀνέθηκε· καὶ πᾶσα μὲν ἡ πόλις ἐκεκόσμητο καὶ φωσὶ καὶ στεφανώμασιν· οἵ τε ἄνθρωποι πολλοὶ πανταχοῦ ἑωρῶντο, μάλιστα δὲ ἡ ἀγορὰ ἐπεπλήρωτο. τὸ μὲν γὰρ μέσον αὐτῆς ὁ δῆμος λευχειμονῶν καὶ δαφνηφορῶν κατὰ τέλη εἶχε, τὰ δ᾽ ἄλλα οἱ στρατιῶται λαμπρότατα ὡπλισμένοι, &c. *Poſtea Nero Teridatem Romam adduxit, Diadema quoque ipſi impoſuit. Vrbs tota luminibus & coronis ſplendebat: magna hominum multitudo vbiq; videbatur. Forum imprimis repletum, Mediū forum populus per ordines diſtributus veſtibus albis & laureatus occupabat. Alia ex parte milites ſplendidiſſimè armati, &c.* Itémq; occiſo iuſſu Conſulis & Senatus Didio Iuliano declaratus à Senatu Imperator Seuerus, vbi Romam venit, eadem ciuium lætitia, ſolemnibúſque votis & feſto apparatu qualem antè deſcripſimus exceptus eſt: vt ex oculato teſte Dione Xiphilinus his verbis tradit: ἥ τε γὰρ πόλις πᾶσα ἄνθεσί τε καὶ δάφναις ἐστεφάνωτο, καὶ ἱματίοις ποικίλοις ἐκεκόσμητο, φωτί τε καὶ θυμιάμασιν ἔλαμπε, καὶ οἱ ἄνθρωποι λευχειμονοῦντες καὶ γανύμενοι πολλὰ ἐπεφήμουν, &c. quæ ſequuntur. *Vrbs verò tota floribus & lauro coronabatur, atque variis veſtibus ſplendebat: luminibus quoque & ſuffimentis ornata erat: & populus albis veſtibus indutus ac lætus acclamabat.* Quæ omnia de Commodi quoque principis in vrbem ingreſſu Herodianus [b] tradit, his ferè verbis: ὡς δὲ πλησίον ἐγένετο τῆς Ῥώμης, πᾶσά τε ἡ σύγκλητος βουλὴ, καὶ πανδημεὶ ὅσοι τὴν Ῥώμην κατῴκουν ἄνθρωποι, μὴ κατασχόντες αὑτοὺς, ἀλλ᾽ ἕκαστος φθάσαι θέλων δαφνηφόροι τε καὶ πάντα ἐπιφερόμενοι ἄνθη τότε ἀκμάζοντα, ὡς ἕκαστος οἷός τε ἦν, πόῤῥω τῆς πόλεως ὑπήντων θεασόμενοι τὸν νέον καὶ εὐγενῆ βασιλέα. Et paulò pòſt, τοιοῦτον δὴ θεασάμενοι τὸν βασιλέα οἱ Ῥωμαῖοι εὐφημίαις τε παντοδαπαῖς καὶ στεφάνων καὶ ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο, *Quum ad vrbem acceſſiſſet vniuerſus Senatus & populus alij alios non exſpectantes, ſed vnuſquiſque quantum poterat, anteuertens, laureati, floréſque ſpargentes qui tum vigebant, longè extra vrbem obuiam ei procedebant, viſuri Imperatorem generis nobilitate & ætate conſpicuum*, & paulò pòſt, *Talem Romani conſpicientes Imperatorem, fauſtis acclamationibus omnibus, ſertis & floribus ſparſis, excipiebant.* Cum floribus faces ac tædas alio loco Herodianus ipſe (itidem vt cæteri, quorum teſtimonia recitauimus) coniunxit, vbi de Antonio Caracalla Imp. ab Alexādrinis excepto loquitur: ὑποδοχὴ δὲ παρεσκευάζετο, οἵαν μηδενὶ πώποτε βασιλεῖ γενέσθαι φασί. πάσης τε γὰρ μούσης ὄργανα πανταχοῦ διακείμενα ποικίλον ἦχον εἰργάζετο, &c. δαδουχίαις τε καὶ ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα, *Ad illum excipiendum tantus apparatus factus quantus nemini Imperatorum. Muſica instrumenta omnis*

generis

a Nerone.

b lib. 1. hiſtor.

*generis vndique diſpoſita, varium concentum edebant, &c. Facibus & tædis atque florum ſparſionibus Imperatorem honorabant.* In quibus nemo eſt qui non moris eius ſolemnis, quem hodiéque in excipiendis vrbe regibus obſeruamus, non dico ſpeciem aut ſimilitudinem aliquam, ſed & originem & veritatem ipſam recognoſcat. Planè Catoni ex Macedonia bello confecto diſcedenti obuiam ſe multitudo effudit, non votis fauſtiſque ominibus (vt fieri ſolebat) ſed lachrymis proſequentium, & quà incederet ipſius pedibus veſtimenta ſubiicientiũ, manúſque exoſculantium: quo genere officij profectò vix perpaucos Imperatorum illius temporis Romani cohoneſtarunt. Sic enim Plutarchus ſcribit [a], ἐπεὶ δ᾽ ἐ τέλος εἶχεν ἡ στρατεία τῷ Κάτωνι, προεπέμφθη, οὐκ εὐχαῖς (ὃ κοινόν ἐστιν) οὐδ᾽ ἐπαίνοις, ἀλλὰ δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις, ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἧ βαδίζοι, καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας· ἃ τῶν αὐτοκρατόρων ὀλίγοις μόλις ἐποίουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι: *Cùm iam Catoni decedendum eſſet, milites eum proſequebantur, non tantùm votis & laudibus vt fit vulgò: ſed etiam lacrymis, & infinitis amplexibus, ſubijciētes veſtimenta ſua, quâ pedibus ipſe iter eſſet facturus, ipſiuſq; manus deoſculabantur: quæ paucis Imperatoribus tunc Romani factitabant*: & paulò pòſt, vbi de Demetrio Pompeij liberto, cui Antiochenſes obuiam proceſſerint, loquitur, hæc legas: εἶδε περὶ τὰς πύλας ἔξω πλῆθος ἀνθρώπων ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ παρακεκριμένων, ἐν οἷς ἔφηβοι μὲν χωρὶς ἐν χλαμύσι, καὶ παῖδες ἑτέρωθεν κοσμίως εἱστήκεσαν, ἐσθῆτας δ᾽ καθαρὰς ἔνιοι καὶ στεφάνους εἶχον. ἱερεῖς θεῶν ὄντες, ἢ ἄρχοντες. *Vidit extra portam multitudinem hominum ab vtraque parte viæ conſtitutam ac diſtributam, in qua erant adoleſcentes ſeorſim egregijs veſtibus induti: ex altera parte ſtabant pueri venuſtè ornati, nonnulli quoque ex ſacerdotibus & magiſtratibus veſtes candidas & coronas geſtantes.* Quæ iisdem ferè verbis in Pompeio tradita leguntur, & mirificè cum illo Pacati loco congruunt. Nam quos Plutarchus ἱερεῖς θεῶν, ille flamines & ſacerdotes: quos hic ἄρχοντας, ille Senatores: quas hic ἐσθῆτας καθαρὰς in Catone, & eadem de re loquens in Pompeio λευκὰς vocat, ille niueas veſtes nominauit. Sed ad conſularium ornamentorum enumerationem reuertamur. In quibus recenſetur à Dionyſio λευκὴ ἐσθὴς περιπόρφυρος, id eſt candida veſtis prætexta oſtro ſiue purpura. Quali veſte Prætores quoque indui ſolitos, ex Plutarcho [b] ſatis colligitur: vbi de Syllanis militibus agit, qui duobus ſtrategis, id eſt prætoribus, ad Syllam eius reuocandi cauſa miſſis, τὰς δ᾽ ἐ ῥάβδους κατέκλασαν, καὶ τὰς περιπορφύρους ἀφείλοντο, καὶ πολλὰ περιϋβρισμένους ἀπέπεμψαν, αὐτόθεν τε δεινὴν κατήφειαν ὁρωμένους τῶν στρατηγικῶν παρασήμων ἐρήμους, &c. *Faſces confregerunt, veſtes purpureas ipſis prætoribus ademerunt, eóſque multis contumelijs affectos dimiſerunt, inde prætores ſuis inſignibus denudatos mæſto admodum vultu cernebantur, &c.* Ad Conſularem prætextam hi loci pertinent, quos ex Lucano & Statio proferam. Ille lib. 2.

*----Ferale per vrbem*
*Iuſtitium: latuit plebeio tectus amictu*
*Omnis honos, nullos comitata eſt purpura faſces.*

[a] in Catone.

[b] in Sylla.

Purpuram enim prætextam purpura candidam veſtem interpretor. Apud Statium autem [a] in decimoſeptimo Imperatoris conſulatu ita Ianus loquitur:

a lib. 4. Syluar.

*Salue magna parens, mundi qui ſecula mecum*
*Inſtaurare paras, talem te cernere ſemper*
*Menſe meo tua Roma cupit: ſic tempora naſci,*
*Sic annos intrare decet, da gaudia faſtis*
*Continua, hos humeros multo ſinus ambiat oſtro,*
*Et properata tuæ manibus prætexta Mineruæ.*

Cæterùm poſteriorum Imperatorum temporibus, poſtquam faſtis honor regalium trabearum dari, hoc eſt (vt ego interpretor [b]) vbi Imperatores ipſi crebrò Conſules creari, atque adeò vel regia & imperatoria, vel certè triumphalia illa inſignia & ornamenta Conſulibus tribui cœperunt: non iam prætexta ſolùm, ſed etiam trabea picta & palmata tunica indutos fuiſſe conſtat. Ad quæ ille Sidonij locus pertinet, in quo de Aſterij conſulatu & Nicetij oratione loquitur: Dixit diſpoſitè, grauiter, ardenter, magna acrimonia, maiore facundia, maxima diſciplina: & illam Sarranis ebriam ſuccis inter crepitantia ſegmenta palmatam plus picta oratione, plus aurea conuenuſtauit. Ad ea quoq; reſpexiſſe Claudianum puto, cùm ad Manlium Theodoſium Conſulem ita loquitur [c]:

b in l. 1. C. de pub. lætit. vel conſul. lib. 12. C.

c in panegyride in Conſulatu Manlij Theodori.

*Nec dilata tuis Auguſto iudice merces*
*Officiis, illúmque habitum quo iungitur aulæ*
*Curia, qui ſocios proceres cum principe nectit,*
*Quem quater ipſe gerit, perfecto detulit anno,*
*Depoſuítque ſuas te ſuccedente curules.*
& ad finem eius carminis,
*Decurrat trabeata domus, tradátque ſecures*
*Mutua poſteritas, ſeruatóque ordine fati*
*Manlia continuo numeretur Conſule proles.*

Trabea verò illa Conſularis auro intertexta fuit, vt ex Aurelij Prudentij contra Symmachum [d] verſibus, quos ſubiiciam, colligitur:

d lib. 1.

*Ipſe magiſtratum tibi Conſulis, ipſe tribunal*
*Contulit, auratúmque togæ donauit amictum,*
*Cuius religio tibi diſplicet.*

At ne dubitationi cuipiam locus relinquatur: placet, vt eorum quæ de veſtibus conſularibus diximus, confirmandorum gratia teſtimonium Auſonij adſcribamus: apud quem in Gratiarum actione ad Gratianum Imperatorem pro Conſulatu (vbi de literis ad ſe ab Imperatore miſsis loquitur) ita ſcriptum legimus: Ab hac enim literarum ad me datarum parte digreſſus, eò quoque deſcendiſti, vt quæreres qualis ad me trabea mitteretur. & paulò pòſt, Loricatus de toga mea tractas. In procinctu & maximè dimicaturus palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis feliciter & bono omine: Namque iſte habitus vt in pace Conſulis eſt, ita in victoria triumphantis. Parum eſt ſi qualis ad me trabea mittatur interroges, te coram promi iubes, nec ſatis habes vt lar-

vt largitionum miniſtri ex more fungantur. Eligis ipſe de multis, & cùm elegeris, munera tua verborum honore proſequeris. Palmatam, inquis, tibi miſi, in qua D. Conſtantinus parens noſter intextus eſt: Me beatum, cuius inſignibus talis cura præſtetur. Hæc planè, hæc eſt picta (vt dicitur) veſtis, non magis auro ſuo quàm tuis verbis. Sed multò plura ſunt in eius ornatu, quæ per te inſtructus intelligo: Geminum quippe in vno habitu radiat nomen Auguſti. Conſtantius in argumento veſtis intexitur, Gratianus in muneris honore ſentitur, &c. & ad finem eius orationis, Vt ſellam curulem cuius ſedem frequenter ornabis, vt prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, vt trabeam non magis auro ſuo quàm munere tuo ſplendidam, quæ ab Illyrico ſermonis dignitas honeſtauit, vt apud Gallias illuſtriora præſtares. Idem Auſonius [a] de trabea conſulari loquitur, cùm ait in protreptico ad nepotem: a eidillio 5

*Maioréſque putat noſtros Auguſtus honores,*
*Quos mox ſublimi maturus protulit auctu:*
*Quæſtor vt Auguſtus patri natóque crearer,*
*Vt præfecturam duplicem ſellámque curulem,*
*Vt trabeam pictámque togam mea præmia conſul*
*Induerer, faſtíſque meis prælatus haberer.*

Trabearum conſularium meminit Ammianus Marcellinus lib. 14. 21. 26. qui & cùm de conſulatu loquitur, collegium & ſocietatem trabeæ nominat quibuſdam locis [b]: quos, quia Lazius plurimæ lectionis homo, cuíque multum antiquitas Romana debet, diligentiſsimè notauit [c], omittam. Eum conſulant qui ad ea quæ iam ſcripſimus, aliquid addi oportere iudicabunt. Ego ea ſatis omnibus factura eſſe, quòd mihi facerent, credidi. Ex quibus duo potiſsimùm, præter ea quæ ſuperius diximus, colligi oportere cenſeo. Primum, Trabeam & palmatam veſtem auro pictam atque intertextam fuiſſe. Veſtis picta (obiter dicam) eſt quæ ἀνθινὰ & ἀνθηρὰ, & κατάστικτος à Græcis dicitur, vt eſt apud Pollucem. Floridè depictam veſtem Apuleius [d] nominat, quemadmodum raptorem Helenæ, Paridem ἐλθόντα ἐκ Φρυγῶν Agamemnon ἀνθηρὸν μὲν εἱμάτων, στολῇ χρυσῷ τε λαμπρὸν, βαρβάρῳ χλιδήματι, dicit apud Euripidem [e]. Hanc ego περιβόλαιον πορφυροῦν, ποικίλον, palmatam verò tunicam χιτῶνα πορφυροῦν χρυσόσημον à Dionyſio Halicarnaſſeo [f] vocari arbitror: vbi ait, hæc regia inſignia Tarquinio Priſco miſſa fuiſſe ab Hetruſcis. A quibus pleraque magiſtratuum inſignia (vt à Samnitibus arma atque tela) veteres Romanos ſumpſiſſe Salluſtius [g] auctor eſt: & Plinius, quum ait [h], Prætextæ apud Hetruſcos originem inueni: Trabeis vſos accipio Reges. Sequitur deinde de pictis & auratis veſtibus, quod cum illo Euripidis loco mirè congruit, de Phrygij Paridis florido & aureo amictu. Pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe, vnde Triumphales natæ. Acu facere id Phryges inuenerunt; ideóque Phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex, vnde nomen Attalicis. Ergo de Tarquinio illo priſco agens Florus [i], de quo antè ipſi ex Dionyſio:

b lib. 16. 25. 26 30.
c li. 8. ca. 5.
d lib. xi. de aſino aur.
e Iphigenia in Aulide.
f lib. 3. antiquit.
g In Catilina.
h c. 48. li. 8
i lib. 1. c. 5.

Et inde faſces (inquit) trabeatæ curuleis, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde quòd aurato curru quatuor equis triumphatur. Togæ pictæ tunicæque palmatæ, omnia denique decora & inſignia: quibus imperij dignitas eminet. Nam ſiue quis palmatam à palma, id eſt victoria (vt Caſsiodorus innuit, & Sidonius, cùm ait [a],

*Poſt palmam palmata venit)*

ſiue à palmeo, id eſt puniceo & purpureo colore (quem Græci φοινικοῦ vocant [b]) nominatam dicet, ei non valdè repugnabo. Pictam verò veſtem fuiſſe purpuream, vt Dionyſius indicat: ita illud Vergilij [c] argumento eſt,

*---Nec purpura regem*
*Picta mouet, nec ſceptra mouent Priameia tantùm.*

Et auratam fuiſſe, non tantùm ex illis quos adduximus Auſonij ad Gratianum, & Prudentij ad Symmachum loco approbatur, ſed & elegans ac politus poeta Claudianus innuit [d]: cuius hæc ſunt de picta (vt arbitror) veſte carmina:

*---Dixit, gremióque rigentia profert*
*Dona, graues auro trabeas, inſigne Mineruæ*
*Spirat opus, rutilis hîc pingitur aula columnis,*
*Et ſacri Mariæ partus Lucina labores*
*Solatur.*

(ſic enim ex veteri libro pro *dolores* legendum eſt) ſed ne fallatur quiſpiam, admonere viſum eſt, quòd Pompeius Feſtus eam quæ ſuo tempore picta toga diceretur, purpuream antè vocitatam, & ſine pictura fuiſſe ſcribit [e]: eiúſque rei argumentum eſſe picturam in æde Vertumni & Conſi: quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera L. Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Subiicit deinde, Tunica autem palmata à latitudine clauorum dicebatur, quæ nunc à genere picturæ appellatur. Hactenus ille. Alterum quod ex ſuperioribus notandũ reor, hoc eſt: Trabeam pictam & palmatam veſtem ab imperatoribus ad conſules deſignatos, declaratos, & nuncupatos mitti cum prætextis (quæ antiqua erant ornamenta magiſtratuum) conſueuiſſe: cùm ipſi tamen conſules & faſces, & alia quædam inſignia à Senatu acciperent, vt inferiùs demonſtrabitur. Quod idcirco animaduertendum putaui: quoniam ab initio de Iouis templo prætextam & togam pictam prætores aut conſules ſumebant. Sic enim in Alexandro Lampridius, Prętextam & pictam togam nunquam niſi Conſul accipit, & eam quidẽ quam de Iouis templo ſumptam alij quoque accipiebant aut prætores aut conſules. Gordianus (vt eſt apud Capitolinum [f]) palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorũ priuatus ſuam propriam habuit: cùm antè Imperatores etiam de Capitolio acciperent, vel de palatio. Poſteriores Alexandro & Gordiano imperatores priuatas habuerunt palmatas tunicas & pictas togas: eáſque non iam ex palatio vel Capitolio Conſules & prætores, ſed ab ipſis imperatoribus ſibi tranſmiſſas accepêre, vt Auſonius [g] auctor eſt, & Flauij Vopiſci [h] verba ſatis arguunt: apud quem Valerianus Auguſtus ita ipſum Aurelianum

a in panegyrico.
b Gellius lib. 2. noct. Attic. cap. 26. & lib. 3. cap. 9.
c lib. 7. Aeneid.
d lib. 2. de laudib. Stiliconis.
e Sex. Põp. Feſtus lib. 13. in Picta. vbi Scaligerum vide ex Liu.
f in vita Gordiani.
g in ſ. dict. loco.
h in Aureliano.

num alloquitur, Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis (inquit) coronas murales quatuor, vallares quinque, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas, haſtas puras decem, vexilla bicoloria quatuor, tunicas ducales quatuor, pallia proconſularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam. Nam te Conſulem hodie deſigno: ſcripturus ad Senatum vti tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc enim Imperator non ſolet dare, ſed à Senatu, quando fit Conſul, accipere. Quibus ex verbis in extremo apparet, ſolitum Imperatorem dare prætextas & palmatas Conſulibus, quæ nihilominus Capitolinæ dicebantur. Itaq; cùm Imperatores cuipiam conſulatum decreuerant, ad eum datis literis tale aliquid adſcribebant: Te manet Capitolina palmata. Cuius rei Flauium Vopiſcum auctorem habeo: is enim [a] quandam Imperatoris Taciti ad Probum epiſtolã refert, in qua hæc leguntur: Conſulatum in annũ proximũ nobiſcũ decreuimus, te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata. Deinde adiicit Vopiſcus, Ferunt quidam Probo id pro imperij omine fuiſſe, quod Tacitus ſcripſit, te manet Capitolina palmata: ſed in hanc ſententiam omnibus ſemper Conſulibus ſcribebatur. Quod de palmatis déque ſcipione triumphalibus & conſularibus inſignibus ex Vopiſco in Aureliano diximus, Lazium [b] notaſſe video, Caſsiodori etiam teſtimonium protuliſſe: quod etſi hac de re tractanti cuilibet ſatis per ſe patet, attamen quod ad Themiſtiani cuiuſdam loci caſtigationem & explicationem pertinet, eius deſcribendi laborem (quod alioqui facerem perinuitus) ſumam, ſi prius locum illum qui eſt in panegyrico Maximiani Imperatoris, nondum à quoquam (vt puto) indicatum, patefecero: videtur enim quod diximus confirmare, ipſéque interea ex eo magnam lucem accipere. Ait Panegyriſtes, Illum tamen primum conſulatus tui auſpicalem diem tacitus præterire nullo modo poſſum, quo tu ſolus omnium conſecutus es, vt quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur, tunc primùm potuerit ſufficere peragendis: vnóque Sol curriculo ſuo eóque breuiſsimo & officia te conſulis inchoantem videret, & imperatoris implentem, &c. Vidimus te Cæſar eodem die, & in clariſsimo pacis habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu. Bona venia Deûm dixerim, ne Iupiter quidem ipſe tanta celeritate faciem cœli ſui variat, quàm facilè tu Iupiter totam prætextam ſumpto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, à tribunali temet in campum, à curuli in equum tranſtuliſti, vbi pro *totam* lego *togam*. Sic toga prætexta dicitur à Vopiſco. Caſſiodori autem hæc verba ſunt, vbi de formula Conſulatus [c]: Priſcorum iudicio qualis ſit Conſulatus hinc omnino datur intelligi, quando inter mundi dignitates eximias ſolus meruit habere palmatas veſtes, quas fœlicitas dabat præmia vincentium, &c. Nos habemus labores conſulum, & vos gaudia dignitatum. Palmatæ ſiquidem veſtræ, noſtræ probantur eſſe victoriæ. & poſtea: Atque ideo per illam indictionem Conſulatus te decoramus inſignibus, pinge vaſtos humeros vario colore palmatæ, validam manum

a in Probo

b cap. 4. li. 9. coment.

c lib. 6. variar.

victoriali ſcipione nobilita,lares proprios etiam calceis auratus egredere.Sellam curulem pro ſua magnitudine multis gradibus enixus aſcende:vt in otio ſubiectus merearis, quod nos per maximos labores aſſumimus imperantes,&c.Victorialem ſcipionem Caſſiodorus,id eſt triumphalem Conſuli tribuit,cum palmata & picta veſte : vt & panegyriſtes cum toga prætexta,& Themiſtius σὺν τῇ τηβέννῳ,& cum toga
a in Aureliano. prætexta tunica palmata,toga picta Vopiſcus [a]. Triumphalia hæc olim fuiſſe inſignia duobus Liuij & ſingulis Lucani,Suetonij,Taciti al-
b li.30. ab vrbe con. latis locis,demonſtrabo.Nam Liuius [b],vbi de P.Scipione & Maſiniſſa,Poſtero die vt à præſenti motu auerteret animum eius,in Tribunal aſcendit,& concionem aduocari iuſsit: Ibi Maſiniſſam primùm Regem appellatum eximiiſque ornatum laudibus aurea corona , aurea patera,ſella curuli eburnea,& ſcipione eburneo,toga picta,& palmata tunica donat.Addit verbis honorem , neque magnificentius quidquã triumpho apud Romanos , neque triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe,quo vno omnium exterorum dignum Maſiniſſam populus
c lib.5.ab vrb. cond. Romanus ducat.Idem [c] vbi de Roma à Gallis obſeſſa & capta loquitur,déque turba ſeniorum, qui priſtinæ fortunæ honorúmque aut virtutis inſignia ſumpſerant vt in his morerentur, ( in quibus eam veſtem numerat quæ thenſas ducentibus triũphantibúſve eſt auguſtiſsima,vt ſuperiùs oſtendimus ) deinde ſubiicit : Ad eos velut ſimulachra verſi cùm ſtarent, M.Papirius vnus ex his dicitur Gallo barbam ſuam ( vt tum omnibus promiſſa erat)permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo iram mouiſſe:atque ab eo initium cædis ortum,cæteros in ſe-
d 1.Annal. tomo. dibus ſuis trucidatos. Zonaras hac de re loquens [d] ſcipionem eburneum βακτηρίαν nullo alio adiecto nominat. Val. Maximus non M. Papirium , ſed C. Attilium appellat , eandem hiſtoriam enarrans lib.
e lib.9. III.Lucanus etiam,vbi de Pompeij veſtibus & inſignibus [e],

*Exuuias pictáſque togas, velamina ſummo*
*Ter conſpecta Ioui.*

f cap.17.in eius vita. Suetonius,vbi de triumpho Claudij Cæſaris [f],Currum eius Meſſalina vxor carpento ſequuta eſt. ſequuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti : ſed cæteri pedibus & in prætexta. Craſſus Frugi equo phalerato,& in veſte palmata, quòd eum honorem iterauerat. Taci-
g lib.4. tus [g],vbi de Ptolemæo,Cognitis(inquit) Ptolemæi per id bellum ſtudiis,repetitus ex vetuſto more , miſſúſque è Senatoribus qui ſcipionẽ eburneum,togam pictam,antiqua patrum munera daret,regémque & ſocium atque amicum appellaret.Hæc triumphalia primò fuerunt inſignia,poſtea conſularia: vt præter Vopiſcum & Caſsiodorum The-
h lib.29. miſtius innuit,& Ammianus Marcellinus [h] : hic quidem in illo loco, vbi de ſuppliciis quæ ſub Valente Imperatore compluribus contra ius fáſque irrogata ſunt,loquitur : Horret (inquit) animus reminiſci, quo iuſtitio humiliati tot rerum apices viſebantur , & præcipuè conſulares poſt ſcipiones & trabeas & faſtorũ monimẽta mũdana. Ille au-
i orat.11. tẽ in eo qui eſt ex oratione ad Valentinianũ iuniorẽ loco [i] : ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ, καὶ δέχομαι τὸ προοίμιον· προοίμιον γὰρ ὀνομάζω τὴν τήμερον τῆς ἀλουργίδος.

ἀλυργίδος, καὶ τοῦ στεφάνου τὸ σκῆπτρον, καὶ τῶν δορυφόρων τοὺς ῥαβδοφόρους. *ſed fauſto omine excipio initium. Initium autem appello hodierno die, veſtem purpuream, & coronæ ſceptrum, & inter haſtatos ſatellites eos qui faſces gerunt.* vbi neminem inficias iturum arbitror mihi, pro τήμερον (quod nullum idoneum ſenſum pati poteſt) reponenti alterum, quod valde aptum huic loco videtur, τήβεννον: de quo Appianus [a], εἷμά τε Ῥωμαϊκὸν ἀμπεχόμενος, ὃ καλοῦσι τήβεννον, *Indutus veſtimento quod Romani trabeam appellant.* & Iuſtinianus [b], vbi de proconſule Palæſtinæ loquitur, χρήσεται δὲ (inquit) καὶ τῇ σεμνῇ καὶ ἀρχαίᾳ τηβέννῳ, φαμὲν δὴ τῇ περιπορφύρῳ στολῇ. *Vtetur autem honorifica & antiqua trabea, vel Veneta: de purpurea planè ſtola loquimur.* Et Dionyſius Halicarnaſſeus [c] accepiſſe Tarquinium Romanorum regem à legatis Hetruſcorum χιτῶνά τε πορφυροῦν, χρυσόσημον καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς· πλὴν οὐ τετράγωνόν γε τῷ σχήματι, καθάπερ ἐκεῖνα ἦν, ἀλλ' ἡμικύκλιον. τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀμφιασμάτων Ῥωμαῖοι μὲν τόγας, Ἕλληνες δὲ τήβεννον καλοῦσιν, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν μαθόντες. Ἑλληνικὸν γὰρ οὐ φαίνεταί μοι τοὔνομα εἶναι. *Veſtem purpuream auro inſignitam, & amictum purpureum variegatum, qualem Lydorum & Perſarum reges geſtabant: niſi quod non erat forma quadrata, prout erat illorum Regum amictus, ſed ſemicirculari. Eiuſmodi amictus à Romanis Togæ appellantur, à Græcis Tebennus: vnde hoc vocabulum acceperint equidem ignoro. Non enim mihi videtur eſſe græca dictio.* De cuius vocis etymo videatur Artemidorus lib. 2. de inſomniis. Rectè τήβεννος, id eſt toga (ſiue prætextam, quam Diodorus etiam περιπόρφυρον τήβεννον alicubi [d] vocat, ſiue pictam dixeris) coniungitur μετὰ τοῦ σκήπτρου καὶ ῥαβδοφόρων, id eſt cum ſceptro ſiue ſcipione, & lictoribus à Themiſtio. Hæc ſunt inſignia & ornamenta triumphalia: ſunt etiam conſularia, quæ ſunt veluti proœmia & ingreſſus ad Imperatoriam ſiue Regiam dignitatem: cuius hæc ornamenta ſunt, ἀλουργὶς, id eſt cærulea veſtis, στέφανος, id eſt corona ſiue diadema, δορυφόροι, id eſt haſtati prætoriani, ſiue domeſtici protectores. Sic ἀλουργίδα καὶ στέφανον, quemadmodum Tarquinio regi Dionyſius [e]; ita & Imperatori tribuit idem Themiſtius [f]: μᾶλλον γὰρ τούτοις (inquit) ἀστράπτει βασιλεὺς, ἢ στεφάνῳ καὶ τῇ ἀλουργίδι. *magis Rex fulget iſtis, quàm corona & trabea.* Ἀλουργὶς, cærulea veſtis eſt, vt rectè ab Hadriano Iunio viro doctiſſimo notatum eſt [g]. Romulum ἀλουργίδι, id eſt cærulea tunica, τηβέννῳ, id eſt toga purpurea panno prætexta vſum fuiſſe, ex Plutarcho [h] intelligimus: cuius hæc verba ſunt, ἀλουργῆ μὲν γὰρ ἐνεδύετο χιτῶνα, καὶ τήβεννον ἐφόρει περιπόρφυρον· ἐν θρόνῳ δ' ἀνακλίτῳ καθήμενος ἐχρημάτιζεν, &c. *trabeam induebat, & veſtem purpuream geſtabat. ſedens in ſella reclinatoria dabat iura, &c.* Eſt autem ἀλουργὶς eadem fortaſſe cum Thalaſſina: de qua Lucretius,

> ---- *Teriturque Thalaſſina veſtis*
>
> *Aſſiduè, & Veneris ſudorem exercita potat.*

Sanè apud Romanos olim niſi qui Conſul, aut prætor, aut dictator eſſet, triumphum agere nemini licebat, ὑπάτῳ γὰρ ἢ στρατηγῷ μόνῳ, ἄλλῳ

[a] in Mithridatico

[b] Nou. 203.

[c] lib. 3. ἀρχαιολογ.

[d] Diod. Siculus lib. 5. bibliot.

[e] Dionyſius Halicarn. lib. 3. hiſt.

[f] orat. 14.

[g] lib. 2. animad. ca. 2.

[h] in Romulo.

*δὲ οὐδενὶ δίδωσιν ὁ νόμος, ſolis Conſulis & Prætoribus, alij præterea nemini lex dat illud*, vt de Plutarcho [a] didici, & de Liuio [b]: cuius hæc verba ſunt, Lentulus Proconſul ex Hiſpania redijt, qui cùm in Senatu res à ſe per multos annos fortiter feliciterque geſtas expoſuiſſet, vt triumphanti ſibi inuehi liceret in vrbem: res triumpho dignas eſſe cenſebat Senatus, ſed exemplum à maioribus non accepiſſe, vt qui neque dictator, neque Conſul, neque prætor res geſſiſſet, triumpharet. Et ex Valerio Maximo [c], qui P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob captas Syracuſas triumphum non fuiſſe decretum ait, quòd ad eas regendas ſine vllo miſſi erant magiſtratu. Igitur ſi quis Dictator, Conſul, prætor deuictis hoſtibus cum imperio & triumpho vrbem intraret, veſte cærulea & auro intertexta vtebatur. Id quod his verbis Dionyſius Halicarnaſſeus [d] prodidit: vbi de Tarquinio loquitur, καὶ πάντα τὸν ἐξ ἐκείνου χρόνον ἕως εἰς τὸ χρεὼν μετέστη, στέφανόν τε χρύσεον ἐφόρει, καὶ πορφυρᾶν ἐσθῆτα ποικίλην ἀμπείχετο, καὶ σκῆπτρον ἐλεφάντινον ἔχων, ἐπὶ θρόνου ἐκαθέζετο ἐλεφαντίνου· καὶ οἱ δώδεκα ῥαβδοῦχοι τοὺς πελέκεις φέροντες ἅμα ταῖς ῥάβδοις δικάζοντί τε αὐτῷ παρίσταντο, καὶ πορευομένου προηγοῦντο. οὗτος ὁ κόσμος καὶ τοῖς μετ᾽ ἐκεῖνον τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν ἔχουσι παρέμεινε, καὶ μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων τοῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ὑπάτοις, ἔξω τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ποικίλης ἐσθῆτος. ταῦτα δ᾽ αὐτῶν ἀφῃρέθη μόνα φορτικὰ δόξαντα εἶναι, καὶ ἐπίφθονα· πλὴν ὅταν ἐκ πολέμου νίκην κατάγοντες θριάμβου παρὰ τῆς βουλῆς ἀξιωθῶσι, τότε καὶ χρυσοφοροῦσι, καὶ ποικίλαις ἁλουργίσιν ἀμφιέννυνται. *Vſque ad exitum vitæ, Tarquinius geſtauit coronam auream, ac veſtem purpurâ intextam induebat, ſceptrum quoque eburneum habuit, atque in ſella eburnea ſedebat: duodecim lictores, ſecures & faſces ferentes, ei adſtabant cum ius diceret, & præibant ei incedenti. Hic ornatus permanſit apud Reges qui eum ſecuti ſunt: poſtquam verò eiecti fuerunt Reges, Conſules annui illum ornatum retinuerunt, excepta corona & veſte illa variegata, Nam ipſis illa fuerunt ablata, quòd viderentur odioſa & inuidioſa, niſi cum ex bello victoriam reportantes, cenſentur à Senatu Triumpho digni, tunc etiam veſte aurea & purpurâ intexta ſeu trabea induuntur.* Quibus ea quę antè docuimus magnopere illuſtrantur. Paulus Æmilius quidẽ iterum Cõſul, cùm de Perſeo triumpharet, curru ita vrbem inuectus eſt *ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος: indutus veſte purpurea vel trabea auro intexta*, vt idem ille, quem nõ ſæpius quàm lubentius nomino, Plutarchus [e] tradit. Sed neque Conſules, niſi cum triumphum ducerent, neque verò Imperatores picta illa & auro diſtincta veſte vtebantur ante Diocletianum Imp. ſed purpurea veſte ſiue toga prætexta, quam & Conſularem fuiſſe paulò antè diximus. Primus Diocletianus ex Imperatoribus Romanis (quum ante ipſum alij ſolerent à Senatu tantùm ſalutari) ipſe adorari ſe iuſſit, veſteſque ſuas & calceos auro lapidibúſque & margaritis ornauit, atque diſtinxit: quúmque ſuperiores Imperatores Conſulari tantùm honore afficerentur, & inſigne imperij purpureum amictum gererent, ipſe imperatoriis inſignibus maiorem ſumptum addidit, auctore Zonara [f]: cuius hæc verba ſunt, in eandem ſententiam, οἷς ἐπαρθεὶς ὁ Διοκλητιανὸς

κὴ μέγα

a in vita Pompeij.
b lib. 40. ab vrbe cond.
c lib. 2. c. 3.
d lib. 3. ἀρχαιολογ.
e in vita Æmylij.
f in Imperio Diocletiani tom. 2. ann.

καὶ μέγα φρονίσας οὐκ ἔτι προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς γερουσίας ὡς πρόσθεν ἠνείχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι ἐθέσπισε, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἑαυτοῦ καὶ τὰ ὑποδήματα χρυσῷ καὶ λίθοις καὶ μαργάροις ἐκόσμησε, καὶ πλείονα πολυτέλειαν τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐνέθετο. οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς, καὶ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο, καὶ τῆς βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον. *Diocletianus iſtis victoriis elatus maiores ſpiritus ſumens, non amplius, vt prius, ſuſtinuit ſe à Senatu ſalutari: ſed ſe adorari iuſsit: veſtes quoque ſuas auro, lapillis & gemmis exornauit. Magnificentiam addidit Imperatoriis inſignibus ſumptuoſam. Nam ſuperiores Imperatores & Conſules ornabantur ita vt Imperatoria inſignia eſſent, veſtis purpurea.* Quo exemplo poſteriores Romanorum Imperatores togam ἀλουργίδα, id eſt cæruleam, induebant. Itaque de Meliſſeno quodam ſic ſcriptum legimus in Alexiade 3. (qui liber a nobis aliquando forſitan luce donabitur) φήμη τις περὶ τοῦ Μελισσηνοῦ διέτρεχε φθάσαι τοῦτον μηνύουσα περὶ τὴν δάμαλιν μεθ' ἱκανῆς στρατιᾶς, εὐφημεῖσθαί τε ὡς βασιλέα ἤδη καὶ ἀλουργὰ περιβεβλῆσθαι: *Fama quædam de Meliſſeno percrebuit, indicans hunc cum ſatis magno exercitu antevertere, & tanquam Imperatorem fauſtis acclamationibus ſalutari, iam etiam purpureis veſtibus indui.* & paulò pòſt ex eiuſdem Meliſſeni literis, hæc verba recitantur: ἐμοὶ δὲ τὰ τῆς ἑώας ἀποκληρωθῆναι ἐκχωρήσετε στεφηφοροῦντι, καὶ ἀλουργὰ περιβεβλημένῳ, ὡς ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν ἐστί, &c. *mihi partes orientis permiſiſtis ſorte dari coronam & purpuram geſtanti, vt mos eſt Imperatoribus.* Huc pertinet quod apud Cedrenum [a] Ambroſius ad Theodoſium Imp. acta pœnitentia cùm ad cancellos progreſſus intrare vellet, grauiter fortitérque dixiſſe fertur: ἴσθι ὦ βασιλεῦ, ὡς μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ὑπάρχουσι τὰ ἔνδον εἰσιτητά, τοῖς δ' ἄλλοις πᾶσιν ἄβατά τε καὶ ἄψαυστα· ἔξιθι τοίνυν καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως. ἁλουργὶς γὰρ βασιλεῖς οὐχ ἱερεῖς ποιεῖν εἴωθεν. *Scito, ô Imperator, ſolis ſacerdotibus ad illa interiora licere ingredi, aliis omnibus ad illa accedere, illáque attingere non licitum. Exi igitur, & cum aliis particeps ſis ſtationis & loci communis. Purpura, non ſacerdotium, ſolet efficere Imperatores.* De Doryphoris autem (quorum in ſupradicto loco Themiſtius meminit: quóſque σωματοφύλακας, & πραιτωριανούς vocari ait Herodianus [b], Martialis [c] autem ſacri lateris cuſtodes nominat) alibi commodius dicetur [d]. Scipionis illius eburnei, quem diximus, extremo, aquilam eburneam inſediſſe reperio. Quod ab aliis nondum (quod ſciam) adnotatum, his locis comprobari puto: Iuuenalis lib. 4. ſatyra 1 [e]:

a in compendio hiſtor. in Theodoſio.

b lib. 5.
c lib. 6.
d ſcripſimus cap. 2. & 3. li. 1. Semeſtr.
e quæ vulgò decima inſcribitur

*Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno,*
*Illinc cornicines, &c.*

Aurelius Prudentius περὶ στεφάνων [f], *De Coronis:*

f hymno x. qui Romano Antiocheno dictus eſt.

*Cùm conſulatum initis, vt vernæ ſolent,*
*Pudet fateri, farre pullos paſcitis,*
*Aquila ex eburna ſumit arrogantiam*
*Geſtator eius, ac ſuperbit belluæ*
*Inflatus oſſe, cui figura eſt alitis.*

Et alibi [g] quoque idem auctor,

g lib. 1. contra Symmachum

*Poſt trabeas & eburnam aquilam ſellámque curulem*
*Cernuáque ora ſenex barbatus & oſcula figit*
*Cruribus anipedum, ſi fas eſt credere, equorum, &c.*

Vbi aquilam eburneam pro ſcipione eburneo (id eſt partem pro toto) cum ſella curuli & trabea, triumphalibus & conſularibus inſignibus coniunxit. Rectè Prudentius: nam & antiqua Romanorum numiſmata nonnulla ipſi vidimus, in quibus imago Domitiani Aug. Germanici & Neruæ Traiani Aug. ita expreſſa eſt, vt ſellæ curuli quadriga vectæ impoſita, triumphali habitu ornata ſit, & altera manu ramum laureum, altera haſtile ſiue ſceptrum cui ales inſidet, gerat. Illud omittendum non videtur, alia ratione quàm Themiſtius Conſulatum eſſe procœmium & gradum ad Imperium dixerit, τὴν τήβεννον τῆς ἁλουργίδος, τοῦ στεφάνου τὸ σκῆπτρον, τῶν δορυφόρων τοὺς ῥαβδοφόρους: alia (inquam) ratione accipiendum eſſe quod Iuſtinianus ait [a], ὡς καὶ ἡ τῆς βασιλείας ὑπατεία διὰ πάντων ἔσται ἀκολουθοῦσα τοῖς σκήπτροις: Per omnia Imperatorium Conſulatum ſequi ſceptra, id eſt inſignia imperij. Vult enim dicere Iuſtinianus (vt ea quæ præcedunt, ſatis indicant) Statim atque ſceptra & ſtolam, id eſt imperij ornamenta & inſignia ſumpſerit princeps, perpetuum inire Conſulatum: & hoc eſt quod ait, Accedere imperij Conſulatum, quando id ſtola, toga ſiue trabea annuerit, & ſignum dederit, τῷ μὲν (inquit) βασιλεῖ διηνεκὴς ὕπεστιν ὑπατεία, πᾶσι πόλεσί τε καὶ δήμοις καὶ ἔθνεσι, καὶ ἐφ' ἑκάστης τὰ δοκοῦντα διανέμοντι· προσέρχεται δὲ, ἡνίκα αὐτὸς (ſic malo cum vetuſto interprete, quem & Cuiacius noſter ſequitur [b], legere pro αὐτοῖς) νεύσειεν, ἡ στολή. *Imperatori iugis & indeſinens Conſulatus omnibus ciuitatibus & populis & gentibus, in ſingulis quæ placent diſtribuenti, aduenit, aut cum ipſe annuerit trabea.* Vel (quod magis puto) hiſce poſtremis verbis hoc voluit Iuſtinianus: Cùm perpetuum Conſulatum Imperator gerat: vi ſcilicet ipſa, quatenus omnibus ciuitatibus, populis, gentibúſque ſeu prouinciis, vel pro arbitrio ius reddit, vel imitatione Conſulum largitur munera, & ſubditis ſuis quę collibitum eſt diſtribuit: Trabeam tamen Conſularem aliáque inſignia principi accedere, cùm ipſe annuerit. Nempe Conſulatus fulgorem (vt Caſſiodorus loquitur [c]) ab imperatore interdum aſſumi conſtat, cuius fortunæ ille tantùm honos conuenit, teſte Libanio [d]: cuius illud eſt, μόνῃ γὰρ ἦδε τιμὴ καὶ βασιλέως ἥρμοσε τύχῃ, *ſolus hic honor Regiæ ſorti conueniebat.* Ea (inquam) dignitas nomini quoque Auguſto quoddam decus videtur adquirere, quemadmodum Theodoſius & Valentinianus [e] ad Storatiũ ſcribunt. Qua de re, præter eos quos primo [f] Semeſtrium noſtrorum indicamus locos ex Plinio, ex Claudiano, & aliis, poſſem non minus illuſtres aliquot ex ipſo Claudiano [g], & Libanio [h], itémq; ex Appiano [i] hîc appingere, niſi nollẽ eſſe nimius. Porrò autem vt ad inſignia Conſularia de quibus agere cœpi reuertar, ac tandem iſto quod ſuſcepi defungar munere: Sceptrum Themiſtius ad Conſules, Iuſtinianus ad Imperatores retulit: & profectò regium inſigne ſceptrum eſt: Cicero [k], Sedens cum purpura & ſceptro, & inſignibus illis regiis. Claudianus [l],

a Nou. 105. de cõſulib. §. vlt.
b in expoſit. ad hãc nou. 105.
c in formula patritiatus 2. lib. 6 variar.
d Liban. ſoph. in orat. in Iulianum Imp. Conſulem.
e Nou. de honorat. tit. 46.
f cap. 2. lib. 1. Semeſtr.
g lib. 1. in Eutropiũ, ad finem.
h in §. d. orat. ad Iulianum.
i lib. 1. bell. ciuil. c. 12.
k in §. vbi vi de mea cauſa.
k pro Seſtio.
l de bello Gildonico

*Ille diu miles populus qui præfuit orbi,*
*Qui trabeas & ſceptra dabat, quem ſemper in armis*
*Horribilem gentes, placidum ſenſere ſubacta.*

Quem locum proponere volui, quòd non deſint qui ſceptri verbum hîc ad magiſtratus referendum eſſe cenſeant [a]: cùm tamen hi duo qui præcedunt verſus, ad reges pertinere ſatis demõſtrent: ſic enim poeta,

*Proh, dolor, in Bocchi regnum ſudauit vterque*
*Scipio, Romano vicistis ſanguine Mauri.*
*Ille diu, &c.*

ſic ſceptri verbum accepit idem auctor, cùm aliis in locis, tum in illo maximè, vbi ſic loquitur [b],

---*Iam Tybris in vno*
*Et Bruti cernit trabeas & ſceptra Quirini.*

Ad hoc, id eſt regale ſceptrum refero, quod idem poeta cecinit his verſibus,

*Nam domus hæc vtroque petit diademata ſexu,*
*Reginásque parit, reginarúmque maritos*
*Talibus inuitat donis, dextraque gerendum.*

(ſic enim optimè in veteri meo pro *regendum* legitur)

*Diua ſimul porrexit ebur, ſolemnibus vrnam*
*Commonet auſpiciis, &c.*

Vbi ebur, eburneum ſcipionem ſiue ſceptrum interpretor. Nec puto ad ſellam curulem, quæ & eborata fuit, pertinere: nam hæc non geritur, ſed regitur: non dextra, ſed ſiniſtra manu. Et ita ſentio.

[a] Lælio lib. 2. comment. ca. 5.

[b] in 6. conſulatu Honorij.

---

*PRO CONSVLIBVS MAGISTRAtum ineuntibus ſumptus in ludos & miſsilia facti. Manumiſsiones expeditæ. Recitata oratione ſpes facta libertatis, vota pro ſalute principis, æternitate imperij & ſalute ciuium nuncupata, & perſoluta: iureiurando in acta Imperatoris & leges adhibito. Mappa. Omina. Iuſiurandum militare, Senatorium, magiſtratuum: & item iudicum tam Athenienſium quàm Romanorum. Explicatur & emendatur Claudiani locus: Suetonij quoque, Dionis, Plutarchi, Ariſtidis, & Iulij Pollucis quidam loci caſtigantur.*

MONENT nos ea quæ ſuperiore capite de Conſulum inſignibus & ornamentis tradidimus, vt quid potiſsimùm acceptis iis publicè ac more ſolemni Conſules in vrbe agerent, accuratè (quantum poterit) ac diligenter inquiramus: omnibúſque (vt dicitur) veſtigiis perſequamur. Atque id equidem eò libentius faciam, quòd huius loci tractationem (quæ tamen

antiquitatis eſt pleniſsima) omiſſam ab iis video, qui quotidie ſcribunt, ſéque interea maximos antiquarios haberi volunt. Ego reperio antiquitus initum ex Idibus Martiis, poſtea è Kalendis Ianuariis Conſulatum. Liuius lib. XXI. Omnium primùm eam rem Idibus Martiis, quo die tum Conſulatus inibatur, P. Sulpitius Coſ. retulit, ſenatúſque decreuit, vti Coſſ. maioribus hoſtiis rem diuinam facerent. De feſto Kalendarum Ianuariarum die, quo ſeſe mutuò ciues exciperent, muneribúſque proſequerentur, & Conſules inſignia magiſtratus, & in his annuam purpuram ſuſciperent, ita Herodianus in Commodo [a]: ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς προϊούσης, ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους καὶ προσαγορεύουσι, νομισμάτων τε ἀντιδόσει καὶ κοινωνίᾳ τῶν γῆς καὶ θαλάττης καλῶν εὐφραίνουσιν αὐτούς, ἀρχαί τε ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται. *Quum hic dies feſtus agitaretur, in quo præcipuè ſolent Romani alij alios excipere, ac ſalutare, nummos quoque vltro citróque dono mittere; ac inter ſe communicare ea quæ terra & mare profert pulcherrima quæque, mutuò ſe oblectantes, magiſtratúſque ſummi tunc primùm inſignem & annuam purpuram induunt.* Nam quod ait ἀρχὰς ἐπωνύμους, id nemo eſt qui ad Conſules pertinere non videat. Quo die autem & iniretur magiſtratus, & poſtquam ſacris operati eſſent, fuiſſe in more apud veteres Romanos poſitum didici, vt pro accepto Conſulatu gratias pro tribunali Conſules agerent ei, cuius ſuffragio eſſent creati, hoc eſt vel populo, vel principi. Extat Auſonij gratiarum actio pro Conſulatu ad Gratianum: vt & Mamertini ad Iulianum Imperatorem. Plinius ad Romanum [b], de Virginio Rufo qui tertio Conſulatu perfunctus erat: Nam quum vocem (inquit) præpararet acturus in Conſulatu Principi gratias, liber (quem fortè acceperat grandiorem) & ſeni & ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. Idem ad Curium Seuerum: Officium (ait [c]) Conſulatus iniunxit mihi vt Reipubl. nomine Principi gratias agerem: quod ego in Senatu, quum ad rationem & loci & temporis ex more feciſſem, bono ciui conuenientiſsimum credidi, eadem illa ſpatioſius & vberius volumine amplecti; primùm vt imperatori noſtro virtutes ſuæ veris laudibus commendarentur: deinde vt futuri principes non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerentur, qua potiſsimùm via poſſent ad eandem gloriam niti. De gratiis populo actis ob conſulatum, hæc apud Plutarchum legimus in Æmilio: εἰωθότων δὲ τὴν ὑπατείαν λαβόντων οἷον ἀνθομολογεῖσθαί τινα χάριν, καὶ προσαγορεύειν φιλοφρόνως τὸν δῆμον ἀπὸ τοῦ βήματος, Αἰμίλιος εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν τοὺς πολίτας, τὴν μὲν προτέραν ὑπατείαν μετελθεῖν ἔφη, αὐτὸς ἀρχῆς δεόμενος, τὴν δὲ δευτέραν, ἐκείνων στρατηγοῦ δεομένων, διὸ μηδεμίαν αὐτοῖς χάριν ἔχειν, &c. *Moris erat, vt qui creati erant Conſules, aliquo modo acceptum beneficium referentes, orationem è tribunali ad populum haberent beneuolam. At Aemilius, ciuibus congregatis, dixit ſe primò Conſulatum quidem petiuiſſe & adyſſe, quòd tunc ipſe eo honore egeret: nunc verò ſecundò Conſulem fieri, quòd ipſimet egerent duce: ac proinde ſe nullam ipſis iam habere gratiam.* Illud mihi fit veriſimile, Conſules ea oratione quæ gratiarum

a lib. 1.

b epiſt. 1. lib. 2.

c lib. 3. epiſtol.

actio-

actionem quam diximus contineret, aliquid de maioribus ſuis ad populum breuiter & modeſtè ſolitos dicere. Nam de prætoribus quidem hoc ipſum Suetonius literis mandauit in Tiberio [a]: Prætorem collaudauit (inquit) quòd honore inito conſuetudinem antiquam retuliſſet, de maioribus ſuis pro concione memorandi. Non modò autem gratias recitanda oratione agere, ſed quodammodo referre ſolebant Conſules, ſtatim vt erant vel deſignati, vel renunciati. Nam & ludos edebant ad populi voluptatem, & miſsilia ſpargebant in vulgus: atque hoc liberalitatis genere gratum animum & beneficij à populo accepti memorem teſtabantur: & (vt ait Leo imperator [b]) ὅσοι εἰς τὸ ὑπατεύειν καθίςαντο. ἣν ἐκ τοῦ ἀξιώματος αὐτοὶ προσέλαβον φιλοτιμίαν, ἀντιδωρεῖσθαι τῇ πολιτείᾳ ἀξιοῦντες, φιλοτίμους δωρεὰς τοῖς πλήθεσι καθυπάτευον. *Quicunque Conſules facti erant, pro honore quo ex hac dignitate afficiebantur, ſtudentes aliquo munere gratiam referre Reipublicæ, magnifica dona multitudini effundebant.* Marcianus Imperator poſtea conſtituit, vt ij qui Conſules fieri cupiebant, nihil æris in populum ſpargerent: ſed ſtatutam pecuniam ad reparandum vrbis aquæductum dependerent. Extat Marciani conſtitutio in hanc ſententiam apud Iuſtinianum [c], vt per ſingulos Conſulatus centena pondo auri ad reparationem aquæductuum Conſtantinopoleos præſtentur. Hanc legem diſertè abrogat Iuſtinianus in Nouel. [d] De Conſulibus. In qua etiam nominatim exprimit ὅσα προσῆκόν ἐστι παρὰ τοῦ προβαλλομένου κατ' ἔτος ὑπάτου προφάσει σπορτούλων τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν διανομῶν καὶ δαπανημάτων, id eſt quæ ſportularum & aliarum omnium erogationum & expenſarum occaſione à creato Conſule quotannis dari oporteat. Statuit enim, vt Cōſulis proceſsiones ſint ſeptem, omnes in circo & harena, & theatro. Primum exhiberi ſpectaculum Kalendis Ianuariis, καθ' ἣν παραλείψεται τὴν ὑπατείαν, καὶ ταύτης κτήσεται τὰ σύμβολα, cùm & Conſulatum & inſignia ipſius Conſulatus acceperit: hoc eſt albam veſtem prætextam purpura, & ſceptrum eburneum (de quibus extremo ſuperiore ſermone loquebamur) itémque cætera magiſtratus ornamenta, vt ſellam Conſularem, lictoréſque cum faſcibus. Secundum eſſe τὴν τῶν ἁμιλλητηρίων ἵππων θέαν, ἣν δὴ μάππαν προσαγορεύουσι, certantium equorum, id eſt Circenſium ſpectaculum, quod Mappam vocant. Sic enim (vt obiter dicam) apud Iuſtinianum legitur in Nouellis Græcis: eámque vocem Iulianus patricius agnoſcit, qui Epitomas Nouellarum ſcripſit. Itaque ferre nō poſſum, quod in pleriſque impreſsis Latinarum Nouellarum codicibus iterum legitur pro *Mappa, Hippomachia*: cùm tamen *Mappa* rectum ſit. Namque vſitatum circo nomen id Quintilianus eſſe ait [e], & ab optimis authoribus vſurpatum legimus: non tantùm à Septimio Florente [f], quem Adrianus Turnebus vir doctiſsimus in hanc rem alicubi [g] laudat, ſed ab aliis etiam auctoribus permultis. Suetonius in Nerone [h], Mox & ipſe aurigare atque etiam ſpectari ſæpius voluit, poſitóque in hortis inter ſeruitia rudimento, vniuerſorum ſe oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam

a cap. 32.
b conſtit. 94.
c l. 2. C. de conſul. & non. ſparg. ab iis per. lib. 12.
d Nou. 105.
e lib. 1. c. 9.
f Tertul. in de ſpectac.
g c. 33. li. 18.
h cap. 22.

a vide Suetonium in Augusto cap. 45. vnde magiſtratus ſolent. Quia ſolebant in circo aurigæ producta[a]. Loquitur Suetonius de aurigatione, déque circo maximo, atque adeò de equis certantibus, & Circenſibus: & Mappæ meminit, quam magiſtratus olim mittebant, ſigni videlicet dandi gratia. Liuius lib. 8. in fine: Nec diſcrepat quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur belline gerendi cauſa creatus ſit, an vt eſſet qui ludis Romanis (quia L. Plautius prætor graui morbo fortè implicitus erat) ſignum mittendis quadrigis daret: functúſque eo haud ſanè memorandi imperij, ſe dictatura abdicaret. Signum dare Græci ἀποσημαίνειν dicunt, quod Xylander (alioqui eximius interpres) apud Dionem[b] non intellexit: quo loco, καὶ γνώμην ἀεὶ πρῶτον ἀποφαίνεσθαι, ἔν τε ταῖς ἱπποδρομίαις ἁπάσαις ἀποσημαίνειν, ſcriptum eſt. Nam iſtud poſtremum ita reddidit, *In omnibus equeſtribus certaminibus præmia diuideret:* pro quo dicere debuerat, *Et Circenſibus omnibus ludis ſignum daret*, hoc eſt Mappam mitteret. Itaque de prætore Martialis[c],

b li. 43. vbi de honoribus cum Dictatura Iulio Cæſari decretis.

c lib. 12.

*Cretatam prætor cùm vellet mittere Mappam.*

Figuratè ſcilicet equorum agitatio Circenſis Mappa per Synecdochen vocata eſt: & ita non modò apud Iuſtinianum, ſed apud Iuuenalem[d] quoque accipitur cùm ait, ludos Circenſes qui & Magni dicti ſunt & Megalenſia intelligens,

d ſatyra 11.

*Interea Megaleſiacæ ſpectacula Mappæ, &c.*

e ca. 30. de ira lib. 3. Et apud Senecam[e]: quo loco, Vrſos leoneſque Mappa proritat. Nec enim ipſius (vt opinor) mappæ color albus, ſed curriculi Circenſis ſtrepitus & ſtridor motúſque beſtias illas offendit. vnde idem Seneca[f], Leoni (inquit) pauida ſunt ad leuiſſimos ſtrepitus pectora: & ſtatim[g], Curriculi motus rotarúmque verſata facies leonem redigit in caueã: nec tamen neſcio quod Plutarchus[h] ſcribit ab iis pellucidam veſtem deponi ſolitam, qui elephantibus olim appropinquare vellent: διαγριαίνεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τούτων μάλιστα τὰ ζῶα, *efferantur enim ab illis coloribus maximè illa animalia.* Rectè verò Martialis cretatam vocat Mappam, quam albam lineam Caſſiodorus (vt equidem interpretor) in Circi deſcriptione nominat: cùm ait[i], Alba linea non longè ab oſtiis in vtrumque podium quaſi regula directa producitur, vt quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum ſe præproperè (ſic lego pro *ſemperproperè*) conantur elidere, ſpectandi voluptatem videretur populis abrogare. Quibus tenere me non poſſum, quin Cedreni[k] non mali (mea opinione) hiſtorici teſtimonium adiungam: quo ea confirmantur atque illuſtrantur, quæ modò ex Caſſiodoro de Mappæ origine retuli. μαππάριον τοῖς Ῥωμαίοις (ait) ἔδοξε καλεῖν ἐξ αἰτίας τοιαύτης· ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι· μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας, τὸ ἐν χεροῖν ἐκμάγειον, ὃ καὶ μάππαν πατρίως καλοῦσιν, ἐξ οὗ τὰ μανδύλια ἔρριπτον. ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος, τὸν ἀγῶνα παρεσκεύαζεν, *Mappariam Romanis placuit vocare hac de cauſa. Conſueuerant Conſules in ſpectaculis epulum præbere: finito verò epulo, mantile quod in eius manibus, (quod & lingua vernacula mappam appellant, à qua miſſilia proijciebant) exceptus ab eo,*

f lib. 2. de ira cap 11.

g cap. 12. lib. 2.

h in præcept. connubial.

i lib. 3. variar. epiſt. 51.

k in hiſtoriæ compẽdio.

*qui*

*qui mapparius dicitur, certamen parabat.* Vbi quod de conſularibus inter ſpectacula epulis traditur, lucem ex iis accipiet quæ ſunt à nobis quodam libri primi Semeſtrium loco [a] non indiligenter expoſita. Sed & creta viliſsima circum ad victoriæ notam præduci Plinius [b] ſcribit, vbi de cretæ generibus loquitur. Hanc verò quam nunc in circo cretam vocamus (vt Seneca [c] inquit) calcem antiqui dicebant. Sanè Caſſiodorus idem eo quem antè indicauimus loco Mappæ meminit, & ita quidem, vt eius originem ad Neronem referat: tanquam mittendis Circenſibus quadrigis antea ſignum aliud dari ſoleret, aſpiciens (meo iudicio) ad illum Suetonij de Nerone locum qui ſuperius à me adnotatus fuit. Sic enim Caſsiodorus, Mappa verò quę ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem: cùm Nero prandium protenderet, & celeritatem (vt aſſolet) auidus ſpectandi populus flagitaret, ille Mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iuſsit abijci per feneſtram: vt libertatem daret certaminis poſtulandi (vbi vel *inchoandi*, vel *poſtulati* ſcriptum malim) Hinc tractum eſt, vt oſtenſa Mappa certa videatur eſſe promiſsio Circenſium futurorum. Mappam igitur ſecundi ſpectaculi & quinti etiam loco præberi vult Iuſtinianus à Conſule. Quatuor alia quorum ab Imperatore in ea Nouella fit mentio, explicandi tempus non eſt aliò properantibus. Id tantùm quod ea Iuſtiniani conſtitutione ſancitur adiiciam, Aurum non licere Conſuli ſpargere, argentum, ſi velit, licere. Olim Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij conſtitutione vetitum fuerat, ne in ſpectaculo iudices vlli, aut priuati quidquam auri penitus pro præmio darent: ſolis id licere Conſulibus volebant, quibus erogandi moderationem vitæ meritis imperatores permiſiſſent [d]. Præterea ex Valentiniani, Theodoſij & Arcadij epiſtola ad Senatum, nulli priuatorum licebat holoſericam veſtem ſub qualibet editione largiri, nulli prorſus alteri auream ſportulam dyptica ex ebore dandi facultas erat, exceptis Conſulibus ordinariis [e]. De Antonino Heliogabalo memorię proditum eſt ab Ælio Lampridio, cùm Conſulatum iniſſet, in populum non nummos vel argenteos, vel aureos, vel bellaria, vel minuta animalia, ſed boues opimos, & camelos, & aſinos, & ceruos populo diripiendos abiecisse, dictitantem Imperatorium id eſſe. Hodie Iuſtinianus ne à Conſulibus quidem aurum ſpargi permittit: ſed aurum à ſolo principe, cui fortuna dedit, vt aurum ſpernat, in vulgus liberaliter conferri poſſe conſtituit: τὸ μὲν γὰρ (inquit) καὶ χρυσίον διαρρίπτειν ἀνείσθω τῇ βασιλείᾳ, ᾗπερ μόνῃ καὶ χρυσίου καταφρονεῖν ὁ τῆς τύχης δίδωσιν ὄγκος. ἄργυρος δὲ ὁ μετὰ χρυσὸν εὐθὺς τιμιώτατος γένοιτο ἄν, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάτοις φιλοτιμία πρέπουσα· τοῦτον ἐφίεμεν αὐτοῖς ῥίπτειν ἔν τε τοῖς καλουμένοις μιλιαρισίοις, καὶ μήλοις, καὶ καυκίοις, καὶ τετραγωνίοις, καὶ τοῖς τοιούτοις, &c. *Soli enim aurum ſpargere damus Imperio, cui ſoli etiam aurum contemnere præſtat fortunæ faſtigium. Argentum verò quod mox poſt aurum pretioſiſsimum fiet, & alijs Conſulibus largimur decens: & hæc ſinimus eos ſpargere quæ vocantur miſsilia, thymelicis & in quadrangulis & talibus.* Conſulatum igitur adeptus (vt ex iis quæ diximus colligitur) ſpectacu-

[a] aa. 6. li. 1.
[b] li. 35. c. 17
[c] epiſt. 109 vide & Varronē apud Nonium in Calx.
[d] l. 2. C. Th. de ſpectac. lib. 15. tit. 5.
[e] l. 1. C. Th. de exp. lud. lib. 15. tit. 9.

la exhibebat,& pecuniam ſpargebat, vt populo gratificaretur: quod poſtea nominatim vetitum Nouella Leonis Imp. conſtitutione:[a] qua lex illa Iuſtiniani de conſulatu(cuius verba retulimus modò) prorſus abrogatur, ob inopiam eorum qui cùm ad Conſulatum eo tempore promouerentur, tantis expenſis pares non erant, imò ne ſibi quidem poterant ſufficere:&(vt ait Leo) οὐχ ὅπως ἑτέροις ἱκανοὶ ἦσαν, ἀλλὰ μηδὲ ἑαυτοῖς ἐνίοτε ἀρκεῖν ἐδύναντο. Ad Iuſtinianum redeo: apud quem illud de ſpectaculis ſiue ludis vno Vopiſci teſtimonio illuſtrabitur. Sic enim ſcribit[b], Cui conſulatum obtulimus, ob paupertatem, qua ille magnus eſt cæteris maior, dabis ad editionem Circenſium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære H.S. quinquagies. Hoc autem de pecunia ſiue de miſsilibus quod diximus, confirmabitur illo Caſsiodori loco[c], vbi formulam conſulatus tradit: Hinc tanta (inquit) largitas profluebat, vt illa dextra quæ ſanguinem copiosè fuderat hoſtium, vitæ auxilium ciuibus manaret irriguum. Sic quos felices per bella fecerat, ſtudio largitatis explebat. Et paulò pòſt, Quapropter erige confidentiam mentis tuæ: Conſules eſſe magnanimos decet. Opes priuatis non cogites, qui gratiam publicam donando habere decreuiſti. Hinc eſt enim quòd alios iudices etiam non rogantes euehimus, Conſules autem ſperantes tantummodo promouemus, vt ſoli ad has largitates veniatis, qui vos pares tantis expenſis eſſe cognoſcitis: alioqui onera eſſent potiùs, non honores, ſi ſupra vires aliquid imponeremus inuitis. Iure ac meritò Caſsiodorus conſules à cæteris iudicibus, id eſt magiſtratibus, ſeparat: quòd ad conſulatum ij demum qui candidati fuerint, qui petierint, ambierint, prenſauerint, euehantur. Ad alios autem magiſtratus fungendos hodie quidem (Republ. enim vigente aliud obtinuit) ignorantes & nihil tale cogitantes deligantur, ſi in vrbe habitent, ita tamen vt nullis ſumptibus inuiti obligentur. Ita enim de tribus prætoribus creandis Valentinianus & Maximianus Imperatores loquuntur[d], vt eos iudicio Senatus in vrbe Conſtantinopoli per ſingulos annos ordinari velint. Deinde ſequitur, Nec ſi quis fortè propter alias cauſas ad hanc vrbem de prouinciis venerit, ad præturæ munus efferatur: ſed ij tantummodo, vt dictum eſt, qui hìc domicilium fouent. Olim non modò Romę inquilinos, ſed etiam vrbe oriundos eſſe oportuit ex Imperatoris Seueri conſtitutione: de qua ſic Spartianus[e] ferè, Huius etiam illud fuit, vt nemo aſsideret in ſua prouincia, nemo adminiſtraret Romæ niſi Romanus, hoc eſt oriundus vrbe. Sequitur apud Valentinianum & Maximianum Impp.[f] Ita tamen vt nec ipſi ſumptus quoſdam inferre cogantur inuiti, ſed ſpontaneæ habeant liberalitatis arbitrium. Qui locus aptè opinione mea cum illo Caſsiodori coniungitur. Ex vtroque id etiam apparet, ſumptus qui in apparatum ludorum fierent, fuiſſe maximos: quamobrem interdum ipſos magiſtratus non ſuffeciſſe, quod & Suetonius Augusti temporibus accidiſſe ait; ſic tamen vt pro iis Auguſtus ludos faceret. Eius verba hæc ſunt[g], Feciſſe ludos ſe ait ſuo nomine quater: pro aliis magiſtratibus qui aut abeſſent, aut non

ſuffi-

a Nou. Leonis conſtitutione 94

b in Aureliano.

c lib. 6. variar.

d l. 2. C. de off. præt.

e in Peſcennio Nigro.

f d. l. 2. C. de of. pręt.

g cap. 45.

ſufficerent, ter & vicies, &c. Et ſanè Romanis ludos Circenſes dabant, vt oſtendimus: qui magni appellati ſunt ex quorundam opinione, quã Aſconius [a] attulit, quòd magnis impenſis darentur. Quamobrem fiebat plerunque, vt quibus præturam aut conſulatum deferrent, pro iis Imperatores vel ipſi ludos facerent, vel certè ſumptus ad ſpectacula decernerent: cùm antiquitus florente ſcilicet Romana Republ. curuleis equi præbendi pro magiſtratibus, haſta poſita publicè à Cenſoribus locarentur, quemadmodum Liuius [b] narrat. Ludos ab Imperatoribus magiſtratuum nomine factos colligitur non ex illo tantùm Suetonij Tranquilli loco, verùm etiam ex eo quod Capitolinus in Clodio Albino ſcribit his ferè verbis: Deinde præturam egit ſub Commodo famoſiſsimam. Nam eiuſdem ludis Commodus & in foro & in theatro pugnas exhibuiſſe perhibetur. Sumptus ab imperatoribus ludorum gratia decretos magiſtratibus ex eo liquet, quod apud Spartianum in Adriano legimus: Prætor factus eſt ſub Sura bis Seruiano iterum Coſ. cùm ſeſtertium vicies ad ludos edẽdos à Traiano accepit. & alio loco, Decreto Conſulatu cum ſumptibus eundem Commodum ſecundum Conſulem deſignauit. Dio quoque ſibi decretum ab Alexandro Imp. Conſulatum cum ſumptibus refert, quem ſcilicet cum ipſo geſsit. Sic enim apud Xiphilinum [c] legimus: ἄλλως τε ἐσέμνυνέ με καὶ δεύτερον ὑπατεύσαντα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε· τότε ἀνάλωμα τὸ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ αὐτὸς ἀναλώσειν ὑπεδέξατο. *Imò maiore me affecit honore, méque ſecundò Conſulem ſecum conſtituit: atque in ſe recepit eos facere ſumptus quos ille magiſtratus requirit.* Et in Valeriani epiſtola ad Aurelianum apud Flauium Vopiſcum [d]: vbi ait, Conſulatum cum eodem Vlpio Crinito in annum ſequentem à die vndecimo Kalend. Iuniarum in locum Gallieni & Valeriani ſperare te conuenit ſumptu publico: Leuanda eſt enim paupertas eorum hominum, qui diu Reipubl. viuentes pauperes ſunt, & nullorum magis. Et paulò pòſt, Literæ de Conſulatu: Valerianus Auguſtus Ælio Xiphidio præfecto ærarij. Aureliano (cui Conſulatum detulimus) ob paupertatem, qua ille magnus eſt cæteris maior, dabis ad editionem Circenſium aureos Antonianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære H. S. quinquagies, tunicas, &c. Conuiuium autem publicum edi iubebis Senatoribus equitibus Romanis, hoſtias maiores duas, minores quatuor. Sequitur apud ipſum Vopiſcum non multò pòſt: Et quoniam ſuperiùs epiſtolam poſui, qua ſumptus Aureliano ad Conſulatũ delatus eſt, quare poſuerim rem quaſi friuolam eloquendum putaui. Vidimus proximè Conſulatum Furij Placidi tanto ambitu in Circo editum, vt non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur, cùm darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragaudæ, darentur etiam equi ingemiſcentibus frugi hominibus. Factum eſt enim vt iam diuitiarum ſit, non hominum Conſulatus, quia vtique ſi virtutibus defertur, editorem ſpoliare non debent. Vbi Conſulatus nomen vt & ὑπατείας apud Græcos largitionem ſumptúſque fieri à Conſulibus ſolitos ſignificare perſpicax Lector animaduertet: qui præſertim ea quæ do-

a in 2. contra Verrẽ.

b lib. 24.

c Epito. Dionis in Alexãdro Mãmææ.

d in Aureliani vita.

cuimus modò intellexérit, & verò quod eſt apud Leonem Imp. legerit [a] ὅτι ὅσοι εἰς τὸ ὑπατεύειν καθίσταντο, ἣν ἐκ τοῦ ἀξιώματος αὐτοὶ προσέλαβον φιλοτιμίαν, ἀντιδορεῖσθαι τῇ πολιτείᾳ ἀξιοῦντες, φιλοτίμους δωρεὰς τοῖς πλήθεσι καθυπάτευον, *Quicunque erant conſtituti Conſules pro honore quem ex illa dignitate perciperent, exiſtimantes ſibi referendam eſſe aliquo munere gratiam Reipublicæ, magnifica & ambitioſa dona plebi ac multitudini elargiebantur.* Quod de erogationibus & ſumptibus Conſulum in ludos & miſſilia diximus, his quoque Caſſiodori [b] verbis confirmatur, quę ſubiiciam, ex epiſtola Theodorici Regis ad Felicem VI. Conſulem ordinarium: Auxiſti patrimonium viuacitatis inſtantia. Nam quod ſignum bonæ diſpoſitionis magis quæratur, vbi teſtis eſt Conſulatus? In tanta facultate meruiſti, ad quod vix euerſis patrimoniis peruenitur. Priuata parcitas liberalitates publicas enutriuit. Et paulò pòſt, Sume igitur per indictionem quartam conſulatus inſignia, dignúmque te tantorum deſideriis præſenti comproba largitate. Hîc profectò locus eſt, vbi præconium meretur effuſio, quando virtutis genus eſt propriam ſubſtantiam non amare; vbi tantum opinionis acquiritur, quantum facultatibus abrogatur. Sed illuſtrius certiúſque veteris vllius auctoris ad eam rem qua de agimus adferri (mea quidem ſententia) non poteſt, quàm ex illo Dionis loco, [c] vbi de Valerio Aſiatico: Nam aliorum meminit qui Claudij principis temporibus, cùm ad prębendos Circenſes ludos ſufficere non poſſent (in quos mirum quantum inſumeretur pecuniæ, cùm quater & vicies exhiberi eos oporteret) conſulatu abibant ſponte quidem, ſed vrgente rei familiaris difficultate atque inopia: ſic enim ille: ἀλλ' ἀφῆκε τὴν ἀρχὴν ἐθελούσιος, ὃ καὶ ἕτεροί τινες ἔπραξαν, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ πενίας· τὰ γὰρ ἀναλώματα τὰ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις γιγνόμενα ἐπὶ πολὺ ἐκεχωρήκει. τετράκις γὰρ καὶ εἰκοσάκις ὡς πλήθει ἡμιλλῶντο. *Sponte ſe magiſtratu abdicauit, id quod & ab alijs factitatum fuit: ſed illi paupertate adducti, id fecêre; Nam ſumptus in equeſtribus ſpectaculis multum excreuerant: quater enim & vicies populo certamina exhibebantur.* Ante Caium Caligulam duodecies tantùm eodem die aurigæ producebantur. Primus ipſe ſuo die natali Circenſium equorum agones vigintiquatuór exhibuit, ſi Dioni [d] credimus: πρότερον γὰρ (ait) οὐ πλείω τῶν δώδεκα ἄθλων ἐτίθετο. *antea non plura quàm duodecim certamina edebantur.* Ad hos ſimiléſque ludorum & erogationum ſumptus refero, quod Caius ait ex indulgentia principis Antonini receptam eſſe hanc cauſam donationis inter virum & vxorem, quam dicimus honoris cauſa, vt ecce, ſi vxor viro donet ludorum gratia [e]. Sed reliqua quæ primo magiſtratus die peragebantur à Conſulibus, exponamus.

Solebant illi, propterea quòd qui primus Romæ Conſul fuit Brutus vindicias ſecundum libertatem dixerat, in perſona Vindicis Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniurationem indicio ſuo detexerat (vt noſter Pomponius ſcribit [f]) ad renouandam recuperatæ poſt exactos reges libertatis memoriam, & ad ſpem conſeruandæ ipſius libertatis pop. Romano faciendam, bono quodam omine, ſtatim vt Cõſulatum

inie-

[a] Nouel. Conſt. 94. Leonis Imp. videatur.

[b] lib. 2. variarum.

[c] lib. 58.

[d] eod. lib. 58. ſub ini.

[e] l. nuper D. de don. inter vir. & vxor.

[f] l. 2. D. de orig. iur.

inierant, manumiſsiones expedire, ſeruis imponere vindictam, eóſque ad libertatem perducere. Ideóque factum puto, vt Vlpianus lib. 2. de officio Conſulis, de manumiſsionibus tractauerit, officiúmque Conſulis eſſe dixerit conſilium præbere manumittere volentibus: ideo Tribonianum ſub titulo Digeſtorum *de Officio Conſulis*, vnicam legem poſuiſſe arbitror, quæ niſi de manumiſsionib. prætereà loquitur nihil. Verùm quod diximus, id manifeſtò probatur, per ea quæ Caſsiodorus in formula Conſulatus tradit [a]. Tot magnis debitis ſola erat huius retributio dignitatis reperta in libertatis ornatum, inuenta ad generale gaudium. & poſtea, In argumentum etiam publicæ gloriæ ſoluebat famulos iugo ſeruili, qui libertatem tantæ dederat ciuitati. Et poſtea, Proſperrimæ conditionis euentu vos in pace ingenuitatem ceditis famulis, cùm nos ſecuritatem demus per bella Romanis. De Circenſium editione déque manumiſſionibus, quæ à Conſulibus ſtatim atque magiſtratum inierant expediebantur, Ammianus hæc memoriæ prodidit quę ſubiiciā [b]: Allapſo itaque Kalendarum Ianuariarum die, cùm Mamertini & Neuitæ nomina ſuſcepiſſent paginæ conſulares, humilior princeps viſus eſt in officio pedibus gradiendo cum honoratis: quod laudabant alij, quidam vt affectatum & vile carpebant. Dein Mamertino ludos edente Circenſes manumittendis ex more inductis per admiſſionum proximum, ipſe lege agi dixerat, vt ſolebat: ſtatímque admonitus eo die iuriſdictionem ad alterum pertinere, vt errato obnoxiam Decembris auroram & ipſe mutauit. Hactenus Marcellinus. Eodem pertinet Sidonij Apollinaris carmen, quod alibi [c] adfero, caſtigo, atque interpretor (non enim vbique omnia: ne ſim longior) eodem etiam ſpectant pulcherrimi & antiquitatis refertiſſimi verſus, qui apud Claudianum extant [d]:

*Aſpice, mox lætum ſonuit clamore tribunal*
*Te faſtos ineunte quater, ſolemnia ludit*
*Omnia libertas, deductum vindice morem*
*Lex celebrat, famulúſque iugo laxatus herili*
*Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.*
*Triſtis conditio pulſata fronte recedit*
*In ciuem, rubuêre genæ, tergóque remouit*
*Verbera promiſsi felix iniuria voti.*
*Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus*
*In nomen ventura tuum, &c.*

In quibus verſibus manumiſſionis multi nondum intellecti, nec tamen omnes ritus deſcribuntur. Eſt verò pro *omnia*, neceſſariò reponendum *omina*, mutato vno apice, vt eſt in veteri libro. Et idem error eſt apud Suetonium in Octauio [e]: vbi ſic ſcribit, Reuertentem ex prouincia non ſolùm fauſtis omnibus, ſed & modulatis carminibus proſequebantur. Ibi quidam libri habent *feſtis omnibus*, ſed legendum omnino eſt *fauſtis ominibus*: vt vel vnus hic Ciceronis, & alter eiuſdem Suetonij, quem ſubiiciam, locus indicat. Cicero in Piſonem vbi de prouinciis, At ominibus ſaltem bonis, vt Conſules, non triſtiſſimis, vt

a lib. 6. variar.

b ex lib. 22

c lib. 2. Semeſtr. noſtrorum cap. 20. vbi hac ipſa de re ex Libanio & Impp. Honorij & Theodoſij conſtitutione agimus.

d in 4. Cōſulatu Honorij.

e cap. 57.

a cap. 98. hoſtes aut proditores proſequebantur. Suetonius in Octauio,[a] Fortè Puteolanum ſinum præteruehenti vectores nautæque de naui Alexandrina, quæ tunc quidem appulerat, candidati: coronatíq; & tura libantes fauſta omina (ſic enim ibíque pro *omnia* legendum alij ante nos videre) & eximias laudes congeſſerant. Idem auctor in Claudio
b cap. 27. [b], Fauſtíſq; ominibus cum acclamantiũ turba proſequebatur. Valentinianus ad Gratianũ, Et habes (inquit) mi Gratiane, amictus, vt ſperauimus, omnes Auguſtos meo commilitonúmque noſtrorum arbitrio
c in panegyrico Traiani. delatos ominibus fauſtis. Secunda omina Plinius[c] vocat, quæ vota fauſta dixit Ammianus Marcellinus in illo loco[d]: Eúmque militaris &
d lib. 21. omnis generis turba cum lumine multo & floribus votíſque fauſtis Auguſtum appellans & dominum, duxit in regiam, vbi euentu lætus & omine, &c. Quorum locorum ſimilitudine permotus, facilè adducor vt credam apud Cornelium Tacitum pro *feſtis ominibus* & *feſtis*
e lib. 5. annal. *vocibus*, legendum *fauſtis*: cùm ait[e], ſimul populus effigies Agrippinæ ac Neronis gerens circumſiſtit curiam, feſtíſque in Cæſarem ominibus falſas literas & principe inuito exitium domui eius intendi clami-
f lib. 12. ad fin. tat: & alibi[f], Monente præfecto feſtis vocibus exceptus inditur lecticæ: præſertim cùm introitum in vrbem infauſtum omine dixerit idem auctor lib. Annalium XVII. &, Fuiſſe qui legatam à D. Auguſto pecuniam repoſcerent, fauſtis in Germanicum ominibus, lib. I. Fauſtas voces Seneca ſecundas nominat, vt fauſta omina diei ſecunda oſtẽ
g extrema epiſt. 29. dimus. Sic enim alicubi[g]: Cæterùm ſi te videro celebrem ſecundis vocibus vulgi, ſi intrante te clamor plauſus & pantomimica ornamenta obſtrepuerint, ſi tota ciuitate te fœminæ puerique laudauerint, quidni ego tui miſerear, cùm ſciam quæ via ad iſtum fauorem ferat? Præterea apud Claudianum pro *vindice*, legendum & ſcribendum *Vindice*, litera maiuſcula, vt nomen proprium deſignetur. Vindex (ita enim &
h d. l. 2. de orig. iur. Claudianus & Pomponius[h] rectè, vt opinor, quem Liuius & Plutarchus Vindicium mendosè nominant: Dionyſius enim vtrumque nomen vſurpat) fuit Vitelliorum ſeruus, hic primus omnium per vindictam ita manumiſſus eſt, vt cum libertate ciuitatem Romanam conſe-
i in Publicola. queretur: quæ à Plutarcho[i] παντελὴς ἀπελευθέρωσις, à Seneca[k] &
k in libro de vita beata. Iuriſconſultis iuſta libertas, & à Iuſtiniano[l] pleniſſima dicitur. Dein poſt Vindicem obſeruatum eſt, vt qui per vindictam liberati eſſent, in
l l. 1. §. fin autem ſocius. C. de com. ſer. man. & tit. de lib. inſtit. ciuitatem accepti viderentur, vt Liuius notat[m]. Libertatem autem ex iure Quiritium ſcilicet, quo verbo ciuitas deſignatur: quanquam à Liuio ſcriptum *ciuitatem* potiùs exiſtimauerim. Deductum igitur Vindice morem, vindictam libertatem interpretor: quæ Vindici primùm impoſita fuit, vel à Bruto Conſule, qui (vt Iuriſconſultus refert[n]) in
m lib. 2. perſona ipſius Vindicias ſecundum libertatem dixit: vel ab eius colle-
n d. l. 2. de orig. iur. ga Valerio Publicola, qui Collatino ſucceſſit in Conſulatu, quémque Plutarchus decreuiſſe ait, vt Vindicius primus omnium libertorum ciuis Romanus eſſet, ſuffragiúmque in qua vellet tribu ferret. Sic enim ſcribit, *οὕτω δὴ πάλιν ἀρχαιρεσιῶν γενομένων ὕπατος ἀνεδείχθη λαμπρῶς Οὐαλλέριος, ἀξίαν ἀπολαβὼν τῆς προθυμίας χάριν, ἧς οἰόμενός*

*τι δεῖν*

τι δεῖν ἀπολαῦσαι τὸν Οὐΐδικιον ἐψηφίσατο πρῶτον ἀπελεύθερον ἐκεῖνον ἐν Ῥώμῃ γενέσθαι πολίτην, καὶ φέρειν ψῆφον ᾗ βούλοιτο φρατρίᾳ προσνεμηθέντα. τοῖς δ' ἄλλοις ἀπελευθέροις ὀψὲ, καὶ μετὰ πολὺν χρόνον ἐξουσίαν ψήφου δημαγωγῶν ἔδωκεν Ἄππιος. ἡ δὲ παντελὴς ἀπελευθέρωσις ἄχρι νῦν οὐίνδικτα λέγεται, δι' ἐκεῖνον ὥς φασι τὸν Οὐΐνδικιον. *Sic igitur rurſus comitijs ad magiſtratus eligendos habitis, Valerius ſplendidè Conſul factus eſt, propter eximium ſuum in Remp. ſtudium hunc honorem adeptus. Exiſtimauit ipſe gratiam quoque habendam huic Vindici, quem propterea libertate donauit, eúmque populi decreto ciuem fecit, atque ei tribuit ius ſuffragij, in ea tribu ad quam ipſe ſe vellet adiungere. Alijs verò libertis ſerò, & longo tempore pòſt, Appius tribunus plebis ius ſuffragij dedit. Perfecta verò & abſoluta libertatis donatio, his etiam temporibus, ab illo Vindiſe, ſicuti ferunt, vindicta appellatur.* Non eſt alienum ab hoc loco, id quod Mamertinus de ſe Conſule, déque ipſo Imperatore loquens ait [a]. Credet aliquis tantò poſt veterem illam priſcorum temporum libertatem Reipubl. redditam? Neque enim ego L. Bruti & P. Valerij, qui primi exactis regibus poteſtate annua ciuibus præfuerunt, Conſulatum noſtro anteponendum puto: Vterque bono publico, vterque Romanæ Reipubl. ſalutaris, vterque inſignis principiis commodorum, ſed habet aliquid vnuſquiſque præcipuum. Illi poteſtatem Conſularem per populum acceperunt, nos per Iulianum recepimus: Illorum anno libertas orta eſt, noſtro reſtituta. Sanè quod ait Panegyriſtes Bruti & Valerij Coſſ. anno natam libertatem, ad exactos reges potiùs quàm ad Vindicis manumiſſionem ſpectare puto: vt regio imperio atque adeò ſeruitute populi pulſa liber annus eſſe cœperit. Cornelius Tacitus libro primo Annalium [b], vrbem Romam à principio Reges habuere: libertatem & Conſulatum L. Brutus inſtituit. Boëtius de Conſolatione philoſophiæ [c]: Conſulare imperium (quod libertatis principium fuerat) ob ſuperbiam Conſulum veſtri veteres abolere cupierunt. Virgilius [d] ita loquentem inducit Anchiſen ad Æneam:

> *Vis & Tarquinios Reges animámque ſuperbam*
> *Vltoris Bruti, faſcéſque videre receptos:*
> *Conſulis imperium hic primus, ſæuáſque ſecurès*
> *Accipiet, natóſque pater noua bella mouentes*
> *Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit.*
> *Infœlix, vtrumque ferent ea fata minores.*

Plinius in Panegyrico Traiani, Contigit ergo priuatis aperire annum faſtóſque reſerare: & hoc quoque redditæ libertatis indicium fuit, quòd Conſul alius quàm Cæſar eſſet. Sic exactis regibus cœpit liber annus. Sic olim ſeruitus pulſa priuata faſtis nomina induxit. Et poſt multa, Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces, ac reducas; Quem ergo honorem magis amare, quod nomen vſurpare ſæpius debes, quàm quod primum inuenit recuperata libertas? Claudianus in laudibus Stiliconis [e],

> *Sit trabeis vltor Stilico, Brutúſque repertor.*

a in panegyrico Iuliani.

b ſtatim in ipſo initio

c lib. 3.

d lib. 6. Æneid.

e panegyrico 2.

*Libertas populi primo tunc Conſule Bruto*
*Reddita per faſces, hic faſcibus expulit ipſis*
*Seruitium: inſtituit ſublimem Brutus honorem,*
*Aſſeruit Stilico, plus eſt ſeruaſſe repertum,*
*Quàm quæſiſſe nouum.*

Quòd autem Claudianus in illo altero loco gratum ictum & pulſatum frontem dicit, referendum ad feſtucam ſiue vindictam exiſtimo: quam vel manumiſſor [a], vel etiam lictor [b], aut capiti (vt Boetius [c] & Cornutus [d] notant) aut corpori (vt eſt apud Plutarchum) imponebat. Huius enim hæc verba ſunt, Ῥωμαῖοι δ' οὓς ἂν ἐλευθερίαν ἀφαιρῶνται, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασιν, &c. Vindictam Plutarchus κάρφος nominat, id eſt feſtucam: vt & Plautus [e],

*Quid ea? ingenua an feſtuca facta? ſerua an libera eſt?*

Et Perſius [f], qui ad Anneum Cornutum philoſophum,

*Non in feſtuca lictor quam iactat ineptus.*

a vide Boetium in Top.
b vide Plutarchum in libello de ſera numinis vindicta. l. manumiſsio. D. de manu. vind.
c ibid. in Top.
d ad 5. Perſij ſatyram in verbo vindicta.

Quod ait Claudianus *rubuere genæ*, pertinet (iudicio meo) ad rapiſmata, quæ τὰς τελευταίας τῶν δούλων πληγὰς Baſilius vocat, id eſt ad alapas quibus malæ manumittendorum percutiebantur, vel à lictoribus, vel ab ipſis dominis, Ambroſ. epiſt. 7. ad Simplicianum [g], Sed non iſta libertas (inquit) quam manumiſſus accipit, & palma lictoris donatus acquirit: non enim munificentiam, ſed virtutem libertatem eſſe arbitror, &c. Iſidorus lib. 19. Etymol. [h] Manumiſſus dicitur (inquit) quaſi manu emiſſus. Apud veteres enim, quoties manumittebant, alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant, &c. Quæ verba (niſi me fallit animus) ex Cornuti commentario ad Perſium deſumpta ſunt. Nam vbi Perſius [i],

*---Quibus vna Quiritem*
*Vertigo facit, &c.*

e in Milite
f ſatyra 5.
g epiſt. 1. lib. 2.
h cap. 4.
i ſatyra 5.

Cornutus ita, Quia quoties manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant: vnde manumiſsio dicta, quòd manu eius mitteretur. Itaque in emancipationibus liberorum, quæ imaginariæ quædam manumiſsiones erant, iniurioſa rapiſmata interueniſſe Iuſtinianus author eſt l. vltim. in princi. C. de emanc. lib. & in Nou. 81. ἡ τῆς ἐμανκιπατίονος πρᾶξις πάλαι μὲν ὑπὸ τὰς καλουμένας legis actiones γινομένη μεθ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῶν τοιούτων δεσμῶν. Vt igitur in emancipatione iniurioſa rapiſmata, & ὕβρεις καὶ ῥαπίσματα interuenire ait Iuſtinianus, id eſt alaparum (vt Tertullianus [k] loquitur) contumelias: ita & in manumiſsionibus obſeruari ſolita oſtendimus: Eóque referendum eſſe duco verbum Iniuriæ, quo paulò pòſt Claudianus vtitur: quam ideo felicem vocat, quòd tergo ſeruorum verbera remoueret. Quamobrē Cicero pro Rabirio perduellionis reo, An vero ſeruos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu dominorum benignitas vna vindicta liberabit, nos à verberibus, &c. Nolo hîc perſequi reliqua manumiſsionum ſolemnia, vt editiones nominum, de quibus apud Iuriſconſultum [l], & conuerſiones ſiue circumductiones, quarum & Appianus [m] in bello ciuili

k in lib. de ſpectacul.
l l. vnic. D. de offic. Conſul.
m lib. 4.

uili,& Arrianus in Epicteto [a],& Perſius in ſatyris [b] meminerunt, & apertè Seneca,cùm ita ex Epicuri præcepto ad Lucilium ſcribit [c]: Philoſophiæ ſeruias oportet, vt tibi contingat vera libertas: non differtur in diem:Qui ſe illi ſubiecit & tradidit,ſtatim circumagitur: hoc enim ipſum philoſophiæ ſeruire,libertas eſt. Nolo de iis quæ fiſco & publico manumiſsi præſtarent vectigalis nomine, qualis erat viceſima:déve iis quæ ipſis manumiſſis præſtarentur à fiſco, quale fuit far, aut panis,hoc loco quidquam aſpergere.Ex Arriano, Perſio, Dionyſio,Cornuto,& aliis alibi commodiùs dicemus.Nam quòd de manumiſsionib. hactenus tradidimus,id Claudiani carminis illuſtrandi gratia(quod per ſe non ſatis clarũ& apertum erat) ſcriptum voluimus: vt intelligerentur manumiſsiones à Conſulibus, initio magiſtratus expediri ſolitas, eiúſque rei vel conſuetudinis origo vſque adhuc pleriſque omnibus obſcura magis magíſque opera ac beneficio noſtro ſtudioſis antiquitatis innoteſceret.Ad quam nos etiam eiuſdem Claudiani verſus [d] pertinere cēnſeo:

a lib. 2.c.9
b ſatyra 5.
c epiſt.8.in extremo.
d lib.1.in Eutropiũ.

*----Geſtis pro talibus annum*
*Flagitat Eutropius.----*

Et paulò pòſt,

*Candida pollutos comitatur curia faſces:*
*Forſitan & dominus præbet miracula lictor*
*Conſule nobilior,libertatémque daturus,*
*Quam nec dum meruit,ſcandit ſublime tribunal,*
*Atque inter proprias laudes Ægyptia iactat*
*Somnia,proſtratóſque canit ſe vate Tyrannos.*

Cæterùm Conſules præterquam quòd re ipſa,id eſt expediendis pro tribunali manumiſsionibus, gratam populo libertatis memoriam renouabant:verbis quoque faciendis, & recitanda oratione in curia primo Conſulatus die,Senatores ad ſpem atque expectationem recuperandæ, retinendæque ipſius libertatis inuitabant. Plinius in Traiani panegyrico, Illuxerat primus Conſulatus tui dies(inquit)quo tu curiam ingreſſus nunc ſingulos, nunc vniuerſos adhortatus es reſumere libertatem,capeſſere quaſi communis imperij curas, inuigilare publicis vtilitatibus,& inſurgere. Omnes ante te eadem iſta dixerunt, nemini tamen ante te creditum eſt,&c.Et poſtea, Te verò ſecuri & alacres quò vocas ſequimur.Iubes eſſe liberos,erimus: iubes quæ ſentimus promere in medium, proferimus. Poſt Kalendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiebantur, vt Caius [e] ſcribit.Cœpit hoc fieri Iulij Cæſaris temporibus, qui primus ad Imperatoriæ dignitatis faſtigium acceſſit:Nam in cæteris honoribus qui ei ſunt habiti,fuit & ille,ſi Dioni [f] credimus.Conſtitutum enim eſt, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ δημοσίᾳ κατ᾽ ἔτος ἕκαστον, vt quotannis pro ipſius ſalute publicè ſupplicaretur.Idē ipſum in Auguſti honorem decretum fuiſſe poſt Actiac pugnam auctor eſt is(quē modò nominauimus)Dio.Sic enim ſcribit [g]:τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ἐν ταῖς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ὁμοίως εὔχεσθαι· καὶ ἐν τοῖς οὐχ ὅτι τοῖς

e l. ſi calui tur.§.1. D. de verb.ſignific.
f lib.44.
g lib.51.

*κοινοῖς καὶ τοῖς ἰδίοις πάντας αὐτῷ σπένδειν ἐκέλευσαν. Sacerdotes tam viros quàm fœminas in precibus quas haberent pro Sen. pop. Rom. ſalute, voluit ſimiliter pro ſe quoque haberi. Imò iuſſit vt in gratiam ipſius ſacra offerrent non tantùm in publicis, ſed etiam in priuatis ſacris.* Imò & pro Pompeio quoque olim ab Italiæ oppidis vota facta, eadem quæ poſtea pro principibus, Dio narrat [a]: *τοσαύτην γὰρ εὔνοιαν αὐτοῦ πάσα, ὡς εἰπεῖν, ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλεις εἶχον, ὥστε ἐπειδὴ ἤκουσαν αὐτὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπικινδύνως νοσοῦντα σωτήρια* (ſic enim legendum: vel addendum *ἐπὶ*, ſi *σωτηρείᾳ* retinueris) *αὐτοῦ δημοσίᾳ θύσειν, καὶ* (hoc enim itidem addendum eſt) *εὔξασθαι*, *Tanta beneuolentia eum proſequebantur omnes vt ita dicam, Italiæ vrbes: vt quum audiuiſſent ipſum paulò antè lethaliter decubuiſſe pro ipſius ſalute publicas preces & publica ſacrificia in gratiam eius fecerant.* Fiebant autem ſupplicationes huiuſmodi votáque nuncupabantur, non à Pontificibus modò, ſed & à Conſulibus & reliquis magiſtratibus, vt Plutarchus refert in Cicerone: vbi eum natum ait eſſe, *ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται, ἢ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος: Tertio Non. Ian. quo die vota & ſacra faciunt pro Imperatore:* quod ipſum ex Dione [b] demõſtrari poteſt. Ad hęc vota illud Plinij in Panegyrico Traiani pertinet, Super hæc precati ſumus, vt ſic te amarent Dij, quomodo tu, &c. Et itẽ quod Spartianus in Adriani vita memorat, Ceionium Commodum Ælium Verum ab Adriano adoptatum, accepto largius antidoto, ingraueſcente valetudine, per ſomnum periiſſe ipſis Kalendis Ianuariis, quare ab Adriano votorum cauſa (inquit) lugeri eſt vetitus. Quod & in Ælij Veri vita ſic idem auctor extulit, Kalendis ipſis Ianuariis periit, iuſſúſque ab Hadriano, quia vota interueniebant, non lugeri. Illud etiam huc refero, quod Arcadius & Honorius Imperatores votis communibus aiunt [c] felicem annum aperiri: certè quod Lampridius de Antonino & Alexandro in Heliogabali vita ſcribit, Denique Kalendis Ianuariis cùm ſimul tum deſignati eſſent Conſules, noluit cum conſobrino procedere. Ad extremum, &c. ſumpta prætexta hora diei ſexta proceſſit ad Senatum, &c. Deinde in Capitolium ad vota concipienda & perficienda ſolemnia ire noluit: omnia per præfectum vrbanum facta ſunt, quaſi conſules illic non eſſent. Notandum illud obiter, quod Plutarchus extulit, *εὔχονται ἢ θύουσιν*: vbi *καὶ* pro *ἢ* reponendum puto. Nam & in futurum nuncupabantur ſiue ſuſcipiebantur vota pro Republ. & principe (quod erat *εὔχεσθαι*) & ſimul priorum annorum vota ſoluebantur, ſacrificiorum ſcilicet peragendis ſolemnibus: hoc erat *θύειν* ſiue *εὐθυτεῖν*. Ergo Plinius [d] ad Traianũ, ſolemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus cõtinetur, & ſuſcepimus domine pariter & ſoluimus: precati deos vt velint ea ſemper ſolui, ſempérque ſignari & alio loco, Vota domine priorum annorum nuncupata alacres lætíque perſoluimus, nouáque rurſus curante commilitonum & prouincialiũ pietate ſuſcepimus: precati Deos vt te Rémque publicam florentem & incolumem ea benignitate ſeruarent, &c. Et in prouinciis igitur, vt in vrbe, antiquitus boue mactato faciebant pro principibus iam inde ab Au-

a lib. 41.

b lib. 51. & 58.

c l. 1. C. de oblat. vot. lib. 12.

d lib. 10. epiſt.

ab Auguſto: cuius temporibus id primùm à Val. Potito Conſule factum Dio notauit [a], his ferè verbis: τῷ δὴ Σέξτον ὁ Πότιτος διεδέξατο. προσέτι οὖν ὁ δημοσίᾳ καὶ αὐτὸς ὑπέρ τε τοῦ δήμου, καὶ ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ τοῦ Καίσαρος ἀφίξει ἐβουθύτησεν, ὃ μήπω πρότερον ἐπὶ μηδενὸς ἄλλου ἐγεγόνει. *Sexto autem Potitus ſucceßit, Hic igitur Potitus publicè ſacra fecit pro ſalute populi & Senatus, & pro Cæſaris reditu: id quod antea nemini factum fuerat.* Atque eorum quidem quę de nuncupatione votorum iſta diximus, maiorem partem adeò placuiſſe clariſſ. Lipſio, ſiue ipſe quoque (cùm iiſdem libris vteretur) eadem illa obſeruauerat, ſiue (quod nolim equidem de tam ingenuo & humano viro facilè ſuſpicari) poſteaquam hincce legerat, in ſuos ad x v. annalem Taciti (vbi de Thraſea loquitur) commentarios referre non dubitauerit, quemadmodum & ea, quæ de ſolemni iureiurando in acta principum ſtatim diſſerimus: tantò mihi gratulor magis, quantò iudicium eius cum antiquæ Romanorum hiſtoriæ literarúmque aliarum reconditarum & exquiſitarum ſingulari peritia coniunctum pluris facere ſoleo: præſertim autem quòd præclaro Tertulliani [b] teſtimonio prolato nuncupationem votorum (qua de agimus) illuſtrarit: quam priores ipſi velut in lucem eruimus. Tertulliani autem hæc ferè verba ſunt: Hæc annua votorum nuncupatio quid videtur? prima in principiis, ſecunda in Capitolio (prima igitur à militibus, ſecunda à magiſtratibus & populo) Accipe poſt loca & verba. Hunc Iupiter tibi bouem cornibus auro decoratis vouemus eſſe futurum, &c. in quibus ſanè nondum video, cur immutari quicquam debeat, aut (vt ab aliis factum eſt) queat. Hæc autem vota nuncupabantur & concipiebantur ſolemni iureiurando pręſtito. Quamobrem Panegyriſtes ad Conſtantium Flauienſium nomine ſic loquitur: Quod enim ad propagandos aliorum principum annos ſolemni verborum more iuratur, tibi Conſtantine ſoli vltra omnium noſtrum fata victuro ſecurè fouemus, cui tam longè ætas propria debeatur. Nec tãtùm pro ſalute principum, ſed & pro æternitate imperij, & pro ſalute ciuiũ vota nũcupabantur: idq; Plin. ita ſcribit in panegyr. Traiani. Nũcupare vota & pro æternitate imperij, & pro ſalute ciuiũ, imò pro ſalute principũ, ac propter illos pro æternitate imperij ſolebamus. Hæc pro imperio noſtro in quæ ſint verba ſuſcepta operæ pretiũ eſt adnotare, ſi bene Remp. & ex vtilitate omnium rexeris. Digna vota quæ ſemper ſuſcipiãtur, ſempérque ſoluantur. Caium Caligulã Dio [c] refert nõmodò pro ſe ac pro Repub. ſed pro ſuis etiã ſororib. annuatim vota nũcupari à magiſtratibus & pontificibus: Iuſiurandũ etiã nõ minus pro illis, q̃ de ſuo imperio pręſtari voluiſſe: τότε τὰς εὐχὰς τὰς κατ' ἔτος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου ποιουμένας, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ φέρεσθαι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ἔνειμε. Ac nõ modò vota, ſed etiã ludos pro æternitate imperij olim ſuſceptos, quos Nero maximos appellari voluerit, Sueton. in eius vita [d] refert. Idẽ auctor eſt omnes ordines in lacũ Curtij quotannis ex voto pro ſalute Auguſti ſtipem iecisse [e]: Idẽ Kalend. Ianuariis ſtrenam in Capitolio etiam abſenti eum ſtipis annuæ pro

[a] lib. 51.

[b] in de corona militis.

[c] lib. 58. hiſt. ſub init.

[d] cap. 11.

[e] in Auguſto cap. 57.

Auguſto iaciendæ, vel potiùs dandæ ipſi ſtrenæ morem renouatum, ipſo etiam mortuo, à Senatoribus, Caligulæ odio, ex Dione [a] intelligimus: cuius verba, vt è ſuperioribus lucem accipiant, lubet proponere: ἀλλ' ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀθρόοι οἱ βουλευταὶ ἀναβάντες, τάς τε θυσίας ἔθυσαν, καὶ τὸν τοῦ Γαΐου (Iulium Cæſarem intelligit) δίφρον τὸν ἐν τῷ ναῷ κείμενον προσεκύνησαν· καὶ ἔτι καὶ ἀργύριον κατὰ τὸ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ἔθος ἴσχυσαν, ὡς καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ διδόντες κατέθεσαν. καὶ τοῦτο μὲν καὶ τῷ ἑξῆς ἔτει ὁμοίως ἐγένετο, &c. *Sed in Capitolium frequentes Senatores conſcendentes, ſacra fecerunt, & C. Cæſaris ſellam in templo poſitam adorarunt: atque etiam argentum, ex more etiam Auguſti tempore recepto, ibi poſuerunt, quaſi illud ipſi darent, hoc quoque ſequenti anno ſimiliter fuit factitatum.* Diximus antè fieri ſolita vota pro principe adhibito iureiurando: Id iuſiurandum quò pertineret, explicandum eſt. Iurabant magiſtratus principi, vt ait Plinius, ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ὅρκους ἐφέροντο, vt loquitur Dio in ſ.d. loco. Iurabant (inquam) de conſeruanda & tuenda ſalute Cæſaris, diráſque non facienti imprecabantur, vt eſt apud Appianum lib. II. Ciuil. vbi iuſiurandum ſacramento militari nòn diſsimile (de quo paulò pòſt agemus) pro Iulio Cæſare ab Antonio interpoſitum recitatur. καὶ αὖθις ἀνεγίνωσκε τοὺς ὅρκους ἦ μὴν φυλάξειν Καίσαρα, καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σῶμα παντὶ σθένει πάντας, ἤ εἴ τις ἐπιβουλεύσειεν, ἐξώλεις εἶναι τοὺς οὐκ ἀμύναντας αὐτῷ, *Ac reuerſus eſt ad recitandum iuſiurandum, omnes pro viribus cuſtodituros Cæſarem, & Cæſaris corpus: vt ſiquis aliquid contrà moliretur, illi eſſet exitiale qui non eum vlciſceretur.* Huc pertinet, quod de geſtis Imp. Friderici Guntherus [b] agens, non ineleganter cecinit, ſic ferè:

*Tunc proceres clarique viri, turbaque minoris*
*Ambitioſa manus ſtudio deuota fideli*
*Sacramenta dabant cunctas ſeruanda per vrbes:*
*Principis Auſonij ius, famam, corpus, honorem,*
*Nec ſe læſuros: & ſi quis lædere tentet,*
*Vſque vel ad mortem tota virtute reniti.*

Addebant & illud, ſalutem, honorémve Imperatoris & item Auguſti antiquiorem ſibi chariorémque futurum ſeipſis ac liberis: cuius rei teſtimonia cùm ex Dione [c], Suetonio [d], ac Tertulliano [e] ſcitè Lipſius (quem iterum lubens nomino) ad Tacitum [f] protulerit, in hoc non immorabor amplius: qui commentarium eius luculentiſſimum in eruditorum omnium ac Taciti ſtudioſorum manibus eſſe non dubito. Præterea iurabant Senatores, iurabat populus Principi: & viciſſim ipſe princeps populo ac ſenatui ſtatim poſt ſuſceptas Imperatorias infulas: quem morem in Gallia retentum, & ad hæc vſque tempora in Principibus noſtris inaugurandis obſeruatum ſcimus. Huc illa Caſſiodori referenda cenſeo, ex Athalarici Regis epiſtola [g] ad Senatum vrbis Romæ: Noueritis etiam diuina prouidentia fuiſſe diſpoſitum, vt Gothorum Romanorúmque nobis generalis conſenſus accederet, & voluntatem ſuam quam puris pectoribus offerebant, iuris etiam iurandi religione firmarent. Quod vos ſecuturos eſſe minimè dubitamus, tẽpore

a lib. 58.
b lib. 7.
c lib. 58. vbi de Caio Caligula.
d Caligula cap. 15.
e in de corona militis.
f lib. 15. annal.
g lib. 3. variar. apud Caſsiodorum.

pore,non amore: Nam à vobis potuit inchoari, quod præuenti longinquitate ſequimini, &c. ſed vt primordia noſtra & circa vos benignitatem poſſitis agnoſcere (quia decet curiam veſtram beneficiis introire) illuſtrem Sigiſmerem comitem noſtrum, vobis, cum his qui directi ſunt, fecimus ſacramenta præſtare: Quia inuiolabiliter ſeruare cupimus, quod publica authoritate promittimus. Item illa ex eiuſdem Athalarici epiſtola [a] ad populum Rom. Ecce Traiani veſtri clarum ſeculis reparamus exemplum: Iurat vobis per quem iuratis, nec poteſt ab illo quiſquam falli, quo inuocato non licet impunè mentiri. Quibus equidem verbis iſta commodiſſimè adiungentur ex Plinij panegyrico ad Traianum: quæ Caſſiodorum memoria tenuiſſe non dubito, ad iuſiurandum principi & à principe Conſulatum ineunte præſtitum pertinentia, cùm illa ſua (quæ modo attulimus) exprimeret. Sic autem Plinius, Accedis ad Conſulis ſellam, adigendum te præbes in verba principibus ignota, niſi cum iurare cogerent alios. Et ſtatim, Imperator ergo & Cæſar & Auguſtus, Pontifex maximus ſtetit ante gremium Conſulis: ſeditque Conſul principe ante ſe ſtante, & ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſoleret: quin etiam ſedens ſtanti præbuit iuſiurandum: & ille iurauit, expreſſit, explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, Deorum iræ conſecraret. Ex quibus apparet, poſt vota iurari ſolitũ Imperatori à magiſtratibus, à Senatorib. à populo ipſo. Iurabatur autem in acta imperatoris. Hoc vel vnus Plinij locus indicat, ex quo hæc pauca deſumpſimus quæ ſubiiciam, omnia enim deſcribere non vacat. Tuam ſecuritatem (inquit) non mora nunciorum non literarum tarditas differt, ſcis tibi vbique iurari, cùm ipſe iuraueris omnibus. Nemo hoc ſibi non præſtat. Amamus quidem te in quantum mereris: Iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri: nec vnquã illuceſcat dies, quo pro te nuncupet vota non vtilitas noſtra, ſed fides, Cæſar, &c. Sed addam alterum Taciti locum [b]. Quin & illa (inquit) obiectabat principio anni vitare Thraſeam ſolemne iuſiurandum, nuncupationibus votorum non adeſſe: quamuis quindecim virali ſacerdotio præditum, nunquam pro ſalute principis aut cœleſti voce immolauiſſe. Sequitur paulò pòſt, Eiuſdem animi eſt Poppeam Diuam non credere, cuius in acta Diui Auguſti & Diui Iulij non iurare. Idem profectò Tacitus [c] & Suetonius [d] de Tiberio ſcribunt, eum, vt imperium iniret, interceſſiſſe quominus in acta ſua iuraretur, ídque obſtinatiſſimè recuſaſſe: orationéque ad Senatum ſua hoc addidiſſe exempli cauſa cauendum, ne ſe Senatus in acta cuiuſquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet. Claudio item Nerone L. Antiſtio Coſs. cùm in acta principis iurarent magiſtratus, in ſua acta collegam Antiſtium iurare prohibuit, vt idem Tacitus Annalium libro XIII. retulit: quod ab hiſtoricis clariſſimis ob eam rationem expreſſum & notatum eſt, quoniam in acta Octauiani Auguſti Cæſaris, cui Tiberius in imperio ſucceſſit, iuratum fuerat: id quod poſtea imperatorum aliorum quàm Tiberij temporibus obſeruatum fuit, vt ſcilicet eorum ſi-

a epiſt. 3. lib. 8. variar. Caſſiod.

b ex li. 16.

c lib. 1. annal.

d in Tiber. vita, ca. 26 & cap. 67.

ue adhuc ſuperſtitum ſiue iam defunctorum acta iureiurando adhibi-
a lib.47. to confirmarentur: qua de re apud Dionem [a] leguntur hæc ferè verba, vbi de Triumuiris loquitur, ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτοί τε ὤμοσαν καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνου (Καίσαρος Ὀκταβιανοῦ) γενόμενα. καὶ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς τὸ κράτος ἔχουσιν, ἢ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ποτε γενομένοις, καὶ μὴ ἀτιμωθεῖσι γίγνεται. *Cal. Ianuarij ipſi iureiurando confirmarunt, alios quoque iuramento adſtrinxerunt, ſe rata habituros omnia quæ ab ipſo Octauio Cæſare fuerant acta. Et hoc etiamnum in omnibus aliis Imperat. aut etiam in ijs qui illum ſecuti ſunt: ſi modo nomen eorum honorificum fuerit, retinetur.*

b lib.57. Et alio loco [b], συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδ' ὅπερ ἐπί τε τοῦ Αὐγούστου δεῦρο ἀεὶ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἄρξασιν, ὧν γε καὶ λόγον τινὰ ποιούμεθα, ἐπί τε τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσιν ἐξ ἀνάγκης γίγνεται. τά τε πραχθέντα ὑπ' αὐτῶν καὶ τὰ πραχθησόμενα ὑπὸ τῶν ἀεὶ ζώντων ὅρκοις τισὶ βεβαιοῦσθαι· οὐδὲ τοῦτο τό γε πρῶτα ἐφ' ἑαυτῷ περιεῖδε γενόμενον· καίτοι ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούστου πράξεσι, τούς τε ἄλλους πάντας ὥρκου, καὶ αὐτὸς ὤμνυε. *In ſumma; neque illud Tiberius neglexit facere quod ab Auguſto vſque ad noſtra tempora obſeruatum in alijs & ab alijs Imperatoribus qui illi ſucceſſerunt, quorum mentio fit honorifica: imò ab ijs neceſſariò vſurpatur qui fiunt Imperatores: Vt acta Imperatorum defunctorum & agenda ab ijs Imperatoribus qui viuunt, concepto iureiurando confirmentur. Atque tum Acta Auguſti iuramento confirmauit, ac reliquos ad ea ſeruanda iureiurando adſtrinxit.* Quo ex eo loco id notandum: non modò quæ iam acta eſſent, ſed & quæ agenda ab Imperatoribus forent, ſolemni iureiurando confirmari ſolita: quale & de Iulij quoque actis, vt præſtaretur, antea conſtitutum fuerat, ſi Dioni credimus: cuius il-
c lib.44. lud eſt de Iulio [c], τήν τε τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι καὶ τὰ πραχθησόμενα αὐτῷ πάντα κύρια ἄξειν ἐνόμισαν: *conſtituerunt per ipſius fortunam iu-*
d lib. 2. ciuil. *rare, omnia rata fore quæ ab ipſo agerentur.* & Appiano [d], qui, vbi de honoribus Iulio decretis, καὶ τὰς ἀρχὰς εὐθὺς καθισταμένας (ait) ὀμνύναι μηδενὶ τῶν ὑπὸ Καίσαρος ὁριζομένων ἀντιπράξειν. *& magiſtratus cum primum eſſent conſtituti iurarent, ſe non contra ea quæ à Cæſare fuiſſent præſcripta, quicquam facturos.* Acta igitur & imperatoris qui tum rerum potiretur, quæque ab ipſo gerenda eſſent: ſed & Auguſti eius, qui primus id nomen meruit, ſolemni iureiurando confirmabantur: precibúſque additis ac votis ominibúſque fauſtis eorum iniiciebatur mentio: non aliorum itidem monſtrorum ac tyrannorum veriùs quàm principum: non Tyberij ſub Caio Caligula, non
e lib.58. ipſius etiam Caligulæ ſub Claudio: ſicut ex Dione [e] ipſo addiſcimus. Marco enim Iuliano & Publio Nonio Coſſ. ſub Caio Caligula, οἱ ἔνορκοι περὶ μὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Τιβερίου πραχθέντων οὐκ ἐπήχθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐδενὶ γίγνονται (ſic enim vt in vulgatis exemplaribus lego, vt ſignificet ὑπ' οὐδενός: nec ſequor interpretem reponentem articulum ἐν & perperam illud exponentem) οὐ γάρ ἐστιν ὅστις αὐτὸν (ſic lego, non αὐτῶν, vt intelligatur Tiberius, in cuius familiam genúſque

nemo

nemo ſe poſteriorum Imperatorum inſerebat, ſed Auguſti ſe poſteros dicere glorioſum & proſperum putabant) ἐν τοῖς αὐταρχήσασιν ἐς τὴν τῆς οἰκίας νόμισιν καταλέγει: & poſtea, vbi de imperio Claudij, rem totam explicat apertiùs: parum abfuiſſe narrans, quin Caligulæ memoria damnaretur à Senatu, niſi Claudius Imp. interceſſiſſet Senatus decreto: & ſatis habuiſſet priuatim ac noctu ſtatuas honori Caligulæ poſitas deturbare, atque abolere: quamobrem nec ipſius mentionem factam inter eos principes, quorum nomina percenſebantur in precibus votíſq; ac iureiurando, quo eorum acta confirmabantur, ipſius etiam Dionis temporibus. καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ (Caium intellige) οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην ἐπί τε τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ Τιβερίου. *Idcirco nomen eius non recenſetur inter illos Imperatores, quorum fit mentio in votis & iuramentis publicis, vt neque Tiberij nomen.* Porrò autem iuſiurandum & ſacramentum iſtud, vt à militibus, vt à magiſtratibus & ſenatoribus: ſic etiam à prouincialibus ſolemni die Kalendarum Ianuariarum, itémque die ſuſcepti à principe imperij præſtabatur, præeunte verba præſide aut Proconſule: vt vota facerent pro ſalute Principis, & ſolemne iuſiurandum præſtarent, ſicuti & in ipſa Imperatoris renunciatione poſt ſolitas acclamationes fauſtáque omina & nomina: quibus preces, vota, ſacrificia cùm adiunxiſſent, populus militéſque ſacramentum in principis nomen interponebant, ſéque deuouebant. Sic enim Herodianus [a] de Pertina- a lib. 2.
cis renunciatione agens, πλὴν ξυνεξεβόησαν καὶ σεβαστὸν προσεῖπον τὸν Περτίνακα, εἴς τε τὸ ἐκείνου ὄνομα τοὺς συνήθεις ὅρκους ὀμόσαντες καὶ θύσαντες δαφνηφοροῦντες πᾶς ὁ δῆμος καὶ τὸ στρατιωτικόν. *Veruntamen acclamarunt, ac Pertinacem Auguſtum ſalutarunt: in ipſius quoque nomen de more iurarunt, atque ſacra fecerunt, laureati tum populus tum exercitus eum proſequebantur.* Et multò pòſt, vbi de Seueri ſomnio, quòd ei omen ad imperium fuerit, κατὰ γὰρ καιρὸν (ait) ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν μετὰ τὸ προελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώσασθαι ἐπανελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, &c. *Eo enim enim tempore, quo nuntiatum eſt Pertinacem Imperatorem factum fuiſſe, poſtquam Seuerus acceßiſſet atque ſacra feciſſet, iuſiurandumq́ præſtitißet Imperatori, eo perfunctus officio domū reuerſus, &c.* Denique vbi de Prætorianis militibus (quia Pertinace interempto Iulianum ad ſummam rerum admiſerant) à Seuero Imp. qui dolo ſeu aſtu quodam, vt in eos faciliùs animaduerteret, ab vrbe tanquam ad iuſiurandum, domeſticorúmque ſeu protectorum munus euocatis, diſſerit: κελεύει (ait) πάντας ἐξελθεῖν εἰρηνικῷ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντας ἢ ἑορτάζοντας βασιλέας προπομπεύειν, ὀμόσαι τε εἰς τὸ Σεβήρου ὄνομα καὶ μετ' ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐλθεῖν, ὡς μέλλοντας τὸν Σεβῆρον δορυφορήσειν. *Vt omnes egrederentur pacato habitu, quemadmodum ſolebant proſequi in pompa Imperatorem ſacra facientem, aut feſtos dies celebrantem: ac iurarent in nomen Seueri, veniréntque cum optima ſpe, quaſi futuri ſatellites Seueri.* Ergo etiam quotannis imperij adepti die, Kalendis i-

tidem Ianuarijs in principis nomen ac verba, ipſo ſcilicet aut magiſtratu aliquo vel ciuili (vtputà Conſule in vrbe Præſide in prouinciis) vel militari (vt putà præfecto prætorio ducibúſque ſeu magiſtris militum) præeunte, non minùs à prouincialibus, quàm à militibus poſt preces votáque & ſacrificia pro eius ſalute interpoſita (quomodo & à Conſulibus aliiſque magiſtratibus & ſenatoribus in acta, vt ſuperiùs admonui) iurabatur. Atque id quidem ipſum ex Plinio me didiciſſe recordor: qui ſic ad Traianum ſcribit, Diem, domine, quo ſeruaſti imperium, dum ſuſcipis, quanta mereris lætitia celebrauimus precati Deos, vt generi humano, cuius tutela & ſecuritas ſaluti tuæ inuiſa eſt, incolumem florentémque præſtarent. Præiimus & commilitonibus iuſiurandum more ſolemni præſtantibus, & prouincialibus, qui eadem certarunt pietate iurantibus. Cui Traianus ita reſcribit: Quanta religione ac lætitia commilitones cum prouincialibus te præeunte diem imperij mei celebrauerint, libenter mi Secunde chariſſime cognoui literis tuis. Sed & de votis pro incolumitate principis nuncupatis, & ſolutis à militibus & prouincialibus, extant literæ Plinij ac Traiani eodem libro, ex quo iam antè protulimus alia quædam huc pertinentia: quibus has itidem Traiani epiſtolas adiungi volumus. Soluiſſe vota Diis immortalibus, te præeunte, pro mea incolumitate & commilitones cum prouincialibus lætiſſimo conſenſu in futurum nuncupaſſe, libenter mi Secunde chariſſime cognoui literis tuis. & alibi, Diem imperij mei debita lætitia & religione à commilitonibus & prouincialibus præeunte celebratum, libenter mi Secunde chariſſime cognoui literis tuis. Aliò pertinet (opinor, etſi ex ſuperioribus eôdem ſatis commodè referri poſſe video) quod apud Tacitum [a] legitur, inferioris Germaniæ legiones ſolemni Kalend. Ianuar. ſacramento pro Galba adactas. Nam & quod Suetonius [b] ait, Galbam ſuperuenientibus ab vrbe nuntijs, vt occiſum Neronem cunctóſque in verba ſua iuraſſe cognouit, depoſita legati ſuſcepiſſe Cæſaris appellationem: Itémque ſuperioris Germaniæ milites primos obſequium rumpere auſos, Kalendis Ianuariis adigi ſacramento, niſi in nomen Senatus recuſaſſe [c]. Qua de re ſic Plutarchus [d]: τοιούτων ἤδη λόγων ἐν τῷ στρατοπέδῳ περιφερομένων ἐπῆλθεν ἡ νουμηνία τοῦ πρώτου μηνὸς, ἣν Καλάνδας Ιανουαρίας καλοῦσι. τοῦ δὲ Φλάκκου συναγαγόντος αὐτοὺς ἐπὶ τὸν ὅρκον ὃν ἔθος ἐστὶν ὀμνύειν ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰς μὲν εἰκόνας τοῦ Γάλβα προσελθόντες ἀνέτρεψαν, καὶ κατέσπασαν, αὐτοὶ δὲ ὀμόσαντες ὑπὲρ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων διελύθησαν. *Cum iam iſti ſermones per exercitum circunferrentur, aduenit noua luna primi menſis, quam Romani Calendas Ianuarias appellant. Flaccus autem milites congregauit ad ſacramentum, de more præſtandum Imperatori. Milites verò, Galbæ imagines impetu deturbatas fregerunt, atque in nomen ſolius Senatus & Pop. Rom. iurarunt, atque ſic diſceſſerunt.* Ad ſacramentum, militare ſcilicet (quod Imperij ſiue principatus Romani ſacroſanctum ac venerandum eſſe myſterium Herodianus quodam loco [e] tradit: φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον) *cuſtodientes ſacramen-*

a lib. 17. annalium.

b in Galba cap. 11.

c cap. 16. in Galba.

d in Galba

e lib. 8.

*cramentum militare, quod eſt Romani Imperij arcanum venerandum.* pertinere conſtat: de quo Arrianus[a], τῷ θεῷ ἔδει καὶ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν τὴν μισθοφορείαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι, πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρείαν: *Oportuit vos etiam, vt milites in nomen Cæſaris iurant, ſic vos Deo præſtare iuſiurandum. Sed illi accipientes ſtipendium iurant, ſe reliquis omnibus ſalutem Cæſaris antepoſituros, &c.* quod hactenus mirè congruit cum eo quod pro Iulio præſtitum Antonio vel præeunte vel adigente: quódque à ſenatoribus ipſis imperante Caligula exactum Appianus [b] & Dio [c] memorant, vt antè diximus. Ad hanc formulam iuriſiurandi militaris, non dubito quin Hieronymus ad Heliodorum[d] aſpexerit: Recordare tyrocinij tui diem (inquit) quo Chriſto in baptiſmate conſepultus in ſacramenti verba iuraſti, pro nomine eius non te patri parciturum eſſe, non matri. Ecce aduerſarius in pectore tuo Chriſtum conatur occidere. Ecce donatiuum quod militaturus acceperas, hoſtilia caſtra ſuſpirant, &c. Rurſum quod apud eundem Suetonium [e] legimus, Tiberium Alexandrum præfectum Ægypti primùm in verba Veſpaſiani legiones adegiſſe, qui principatus dies in poſterum obſeruatus ſit, Iudaicum deinde exercitum v. idus Iulij apud ipſum iuraſſe: de ſacramento itidem militari accipiendum eſt. Quod qui præſtabant milites, in nomen Imperatoris ſolemniter iurabant, vt Vegetius libro ſecundo de re militari docet. Id fiebat interdum admotis ad ceruices enſibus, vt eſt apud Ammianum Marcellinum[f]: vbi de militibus Iuliani loquitur in hæc verba, Iuſsíque vniuerſi in eius nomen iurare ſolemniter, gladijs ceruicibus ſuis admotis, ſub execrationibus diris verbis iurauere conceptis, omnes pro eo caſus quoad vitam profuderint, ſi id neceſſitas exegerit perlaturos: quæ ſecuti rectores, omnéſque principis proximi fidem ſimili religione firmarunt. Idem Marcellinus [g], vbi de Procopio quodam ad imperatorium culmen euecto, déque nonnullis equitum peditúmque turmis, ita vt iã exercitus ſpecies appareret: Promiſſis vberrimis (inquit) inhiantes ſub execrationibus diris in verba iurauere Procopij, hanc polliciti pertinaciam, quòd eum ſuis armis defenſabunt. Olim autem vigente Romana Republ. milites habito delectu, hoc tantùm iurabant, ſe ducibus quantum poſſent dicto audientes futuros eſſe: ſic enim Polybius lib. 6. καὶ λαβόντες (οἱ χιλίαρχοι) ἐκ πάντων ἕνα τὸν ἐπιτηδειότατον ἐξορκίζουσιν, ἦ μὴν πειθαρχήσειν καὶ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὀμνύουσι καθ᾽ ἕνα προπορευόμενοι, τοῦτο αὐτὸ δηλοῦντες ὅτι ποιήσουσι πάντα, καθάπερ ὁ πρῶτος: *Tribuni militum ſumentes quendam ex militibus maximè idoneum, ſacramento eum adigunt vt iuret ſe præfectis obtemperaturum, ac pro viribus, omnia ipſorum mandata præſtiturum, Reliqui quoque milites, ſigillatim procedentes, iurant idem, ſe omnia facturos, quemadmodum ille primus iurauit.* & Liuius [h], vbi de L. Papyrio curſore: admouebatur altaribus miles, &c. Dein iurare cogebatur, diro quodam carmine in execrationem capitis familiæque compoſito, Ni iſſet in prælium, quò imperatores duxiſſent. Et ſi

[a] lib. 1. de differt. Epicteti ca. 14. quem locum notat Lipſius in cōmēt. ad 15. anna. Taciti.

[b] lib. 2. ciuil.

[c] lib. 58.

[d] de vita ſolitaria.

[e] in Veſpaſiano ca. 6.

[f] lib. 21. vide & lib. 17.

[g] lib. 26.

[h] lib. 10.

hi aut ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi quem fugientem vidiſſet, non extemplo occideret. Quod poſtremum etſi forſitan fieret à milite, non tamen vtique iuſiurandum eius rei ſemper ab ipſo exigi ſolitum, nec fuiſſe iſtud ordinarium ac legitimum iuſiurandum exiſtimo: ſed nec
a lib. 35. illud, cuius idem Liuius alibi[a] commeminit in hæc ferè verba, Citatóſque ſingulos iureiurando adegit, niſi quibus morbus cauſa erit, nō aliter quàm ſtantes cibum potúmque quoad ſtipendia facerent, capturos eſſe. Porrò aliud etiam iurabant poſt caſtrorum metationem, vt ait idem Polybius eod. lib. *μηδὲ ἐκ τῆς παρεμβολῆς κλέψειν, ἀλλὰ κἂν εὕρῃ τις, τοῦτ' ἀνοίσειν ἐπὶ τοὺς χιλιάρχους. Iurant autem illi ſe nihil è caſtris furto ablaturos: ſed ſiquis aliquid repererit id ad Tribunos allaturum.* Exercitus igitur in verba imperatoris & nomen iurabant, vt ex ſuperioribus locis colligitur: & ex eo quod Amyntas apud Q. Cur-
b lib. 7. tium[b] ita compellans Alexandrum extulit, An non propemodum in tua verba tui omnes te præeunte iurauimus (inquit) eoſdem nos inimicos amicóſque habituros eſſe quos tu haberes? Hoc ſacramento pietatis obſtricti auerſaremur (ſic lego, non *aduerſaremur*) ſcilicet quem tum omnibus præferebas. Præterea id etiam intelligi-
c lib. 2. Rom. hiſt. tur ſatis ex eo, quod ferè ſic Paterculus[c], vbi de Cinna: Corruptis primò centurionibus ac tribunis, mox etiam ſpe largitionis militibus ab eo exercitu qui circa Nolam erat receptus eſt. Is quum vniuerſus in verba eius iuraſſet, retinens inſignia Conſulatus, patriæ bellum intulit, fretus ingenti numero nouorum ciuium, &c. Denique percipitur ex eo quod ait Spartianus in Seuero, Illyricianos exercitus, & Gallicanos cogentibus ducibus in eius verba iuraſſe. Itaque aliud eſt in acta imperatoris, aliud in verba iurare: Hoc à milite ſtipendia facturo, illud & à cæteris annuatim exigi conſueuerat. Quod de iureiurando hîc aſperſi, fecit vt in mentem mihi veniret eorum, quæ de iureiurando magiſtratuum & iudicum Athenienſium & Romanorum ex variis authoribus Græcis & Latinis, non ſine aliquo labore collegeram (vt fit) inter legendum, mihíque ſepoſueram: Ex quibus magnum fructum cepiſſe me arbitrabor, ſi is erit cum ſtudioſorum voluptate, aut vtilitate potiùs aliqua coniunctus. Primùm igitur vt cœpta de Conſulibus diſputatio finiatur, quæ de ipſorum iureiurando habemus annotata proferemus: à quibus illa (vt verum fatear) initium ſumere debuit, ſi nobis eam arte atque ordine tractandi animus fuiſſet. Sed nos artem & artificia omnia valere, atque ab his libris faceſſere iubemus: Ea ſibi ſumant, qui nulla ſe magnopere alia ratione in vulgus, ob aliquam doctrinæ opinionem commendare poſſunt, & auram tamen illam aucupantur. Nos modò antiqui iuris ac moris veritatem (ſi poſſumus) partim ex veteri probatorum vtriuſque linguæ auctorum hiſtoria, partim etiam è noſtris, id eſt Iuriſconſultorum & Imperatorum theſauris repetitam, in ſcribendo teneamus. Hanc omni genere ſtudiorum vſque adhuc proſecuti ſumus, hanc etiamnum diligenter colimus: In poſterum autem omni ratione (ſi vacabit, vt ſperamus) ad ea, quibus à puero deditíti fuimus, promouenda bona-

rum

rum literarum ſtudia obſeruabimus. Conſul magiſtratu annuo functus, primùm renunciabat nouos conſules: Hinc illa formula precationis conſularis in Conſule renunciando, quæ apud Ciceronem [a] extat, Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatúmque ſit mihi, magiſtratuíque meo, populo plebiq; Romanæ, L. Licinium conſulem renuncio. Deinde ſella curuli ſedens adigebat iureiurando candidatos conſulatus: Hoc præbente iuſiurandum, & veluti carmen præeunte, illi iurabant in leges. Sic & Imperatorem Auguſtum ex veteri more iuraſſe, quum ſextum Conſulatum iniret, his verbis Dio [b] prodidit: τῷ δ᾽ ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὁ Καῖσαρ ἦρξε, καὶ τά τε ἄλλα, κατὰ τὸ νομιζόμενον ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἐποίησε, καὶ τοὺς φακέλους τῶν ῥάβδων τῷ Ἀγρίππᾳ συνάρχοντί οἱ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον παρέδωκεν, αὐτός τε ταῖς ἑτέραις ἐχρήσατο, καὶ διάρξας τὸν ὅρκον κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγαγε. καὶ εἰ μὲν καὶ αὖθις τοῦτο ἐποίησεν, οὐκ οἶδα. *Sequenti anno, Auguſtus Cæſar ſextum Conſulatum inijt, atque ex veteri more reliqua fecit: faſces collegæ ſuo Agrippæ, prout illa dignitas poſcebat, attribuit, Ipſe alijs faſcibus vſus eſt. Et quemadmodum à maioribus factitatum fuerat, iuſiurandum illud adhibuit: an verò itidem id fecerit, ſequentibus annis, mihi non compertum eſt.* Sic & Imperatorem Traianum, Plinius in Panegyrico Traiani, vbi de ipſius Imperatoris conſulatu loquitur: Peracta erant ſolemnia comitiorum (inquit) ſi principem cogitares, iámque ſe omnis turba commouerat, cùm tu mirantibus cunctis accedis ad Conſulis ſellam, adigendum te præbes in verba principibus ignota, niſi cùm iurare cogerent alios. & paulò poſt, Imperator ergo, & Cæſar, & Auguſtus, Pontifex maximus ſtetit ante gremium conſulis, ſedítque Conſul principe ante ſe ſtante, & ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſoleret, qui etiam ſedens præbuit iuſiurandum, & ille iurauit (ſequitur imprecatio & vetus iuriſiurandi clauſula [c], quæ integra extat apud Polybium [d] & Plutarchum [e]) expreſſit, explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, Deorum iræ conſecraret: & poſt pauca, Idem Cæſari quod Conſuli, quod cæteris non licet. Iurat in legem (vbi malo *leges*) attendentibus Dijs: nam cui magis, quàm Cæſari attendant? & alio loco, Comitia Conſulum obibat ipſe, & tantum ex renunciatione eorum voluptatis, quantum priùs ex deſtinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem principis, vt ipſe ante Conſulis ſteterat, adigebantúrque in verba, in quæ paulò antè ipſe iurauerat princeps: qui tantum putat eſſe in iureiurando, vt illud & ab aliis exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi verò quāta religio æquitatis? quanta legum reuerentia? Adibat aliquis vt principem, reſpondebat ſe Conſulem eſſe, &c. Non modò autem Conſulatus, ſed & aliorum magiſtraruum candidati eodem ſacramento ſe obſtringebant: alioqui magiſtratu in plures quàm quinque dies fungi non poterant, vt Liuius ſcribit: cuius hæc verba ſunt [f], Quia flamen dialis erat, iurare in leges non poterat, magiſtratum autem plus quinque dies, niſi qui in leges, non licebat gerere. De cenſorum iureiurando hæc Zonaras memoriæ prodidit [g], πίστεις δ᾽ ἐνόρκους ἐφ᾽ ἑκάστῳ ποιούμενοι, ὡς ὅτε πρὸς

a pro Murena.
b initio lib. 53.
c vide Cuiacium ca. 21. lib. 3. obſeru.
d lib. 3.
e in Sylla.
f ex lib. 31.
g lib. 2. annal.

a Nou. 8. περὶ τοῦ τοὺς ἄρχοντας χωρὶς τῆς οἱασοῦν δόσεως γίνεσθαι.

χαίρειν, οὔτε πρὸς ἔχθραν τι ποιοῦσι, ἀλλ' ἐξ ὀρθῆς γνώμης τὰ συμφέροντα τῷ κοινῷ καὶ σκοποῦσι καὶ πράττουσι, neque in gratiam neque odio cuiuſquam facere, ſed ex recta mente communem vtilitatem intueri atque procurare. Iuſtinianus nouella ſua conſtitutione [a] quale quibúſve de rebus ſe præfectóve prætorij præbente iuſiurandum præſtari velit à magiſtratibus, luculenter expreſſit. Ac primùm quidem, vt quatuor ſacratiſſimis Euangeliis corporaliter tactis (ita Iuſtinianus alibi loquitur) id eſt ea præ manibus habentes ſeruitutem Imperatori & Auguſtæ voueant ſolemniter, ac promittant: ſéq; in eo magiſtratu fungendo laborem omnem pro imperio eorum & Republica, ſine dolo malo, ſine fraude lubenter & ex animo ſuſcepturos; ſanctæ Dei catholicę & apoſtolicæ Eccleſiæ ſe eſſe participes, ei nec vnquam nec vlla ratione reſtituros eſſe in poſterum, paſſuróſve (quantum quidem in ipſis erit) vt quis eam oppugnet. Nullam ſe pecuniā vel pręſtitiſſe cuiquam vel promiſiſſe, nec ſuffragij quidem prætextu: Annonis ex publico magiſtratui conſtitutis contentos fore, fiſcalibus & item criminalibus negotiis diligentem operam inſumpturos eſſe: Æquos in iudiciis fore, ac (ſecundum id quod ipſis iuſtum eſſe videbitur) æquabilitatem omnem in publicis & priuatis contractibus obſeruaturos eſſe: daturóſque operam vt & aſſeſſor, & reliqui comites ſui puriter ac incorruptè degant, nihil furentur, nullum facinus admittant, nulla in re peccent: ſi quem eorum ſecus ſe gerentem ipſi magiſtratus deprehenderint, rem reſtituturos, damnumq́ue reſarcituros: illumq́ue qui vetitum quidpiam admiſerit, ab ſe amandaturos, & quamprimùm expulſuros eſſe. Adiicit ad extremum Iuſtinianus, ex ſolemni ſacramentorum more diras & imprecationes, quibus ſe deuoueant magiſtratus, qui ea quæ ſuperius expoſuimus, non obſeruauerint: *εἰ δὲ μὴ ταῦτα* (inquit) *πάντα οὕτως φυλάξω, ἀπολαύω ἐνταῦθα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐν τῇ φοβερᾷ κρίσει τοῦ μεγάλου δεσπότου θεοῦ τε καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἔχω τὴν μερίδα τοῦ Ἰούδα, καὶ τὴν λέπραν τοῦ Γιεζὶ, καὶ τὸν τρόμον τοῦ Καΐν, πρὸς τὸ καὶ ταῖς ποιναῖς τῷ νόμῳ τῆς αὐτῶν εὐσεβείας περιεχομέναις ὑπεύθυνος εἶναι*: *ſi verò non hæc omnia ita ſeruauero: recipiam hîc & in futuro ſeculo in terribili iudicio magni Dei domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: & habeam partem cum Iuda Iſcariote, & lepra Giezi, & tremore Cain, inſuper & pœnis quæ lege eorum pietatis continentur, ero ſubiectus.* quæ ſunt horrendæ adeò atque horribiles (meo quidem iudicio) vt neminem eas lecturum eſſe, quin & animo & corpore totus cohorreſcat, putem. Eius autem formulæ veteris locum occuparunt paganæ quidem, at multo mitioris & humanioris (vt videtur) quæ ſic habet, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbéque arcéque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Quod verò nouam à Iuſtiniano conceptam & introductam horribilem eſſe diximus: ne quis cum aliqua ipſius manium contumelia literis mandaſſe me arguat: adſcribam eiuſdem Imperatoris hac de re teſtimonium, quod proditum eſt No. [b] 102. vbi quæ circa magiſtratus conſtituerit, refert, καὶ πρὸ πάντων ἀπηγόρευται τὸ τοῖς ὑπηκόοις λυμαίνεσθαι καὶ χερσὶ πολλαῖς κατ' αὐτῶν χρῆσθαι·

b περὶ τοῦ μοδεράτωρος Ἀραβίας

ὅρκοις

ὅρκοις τε τὸ πρᾶγμα κατησφαλισμεθα τοῖς πάντων φοβερωτάτοις, καὶ οὐκ ἄλλως αὐτοῖς παραδίδομεν τὰς ἀρχὰς, εἰ μὴ τοὺς ὅρκους ὑποστάντες οὕτω τῶν συμβόλων ἀξιωθεῖεν τῆς ἀρχῆς. *Et ante omnia ijs interdictum fuit perniciem ſubditis inferre, & militari manu aduerſus eos vti. Iureiurando etiã rem muniuimus, omnium grauiſſimo & maximè horrendo, nec aliter ipſis demandamus munera publica, nec ipſos magiſtratus conſtituimus, niſi præſtito iureiurando: ſic inſignibus magiſtratus digni cenſeantur.* De hoc iureiurando magiſtratuum in eandem ſententiam idem Imperator loquitur in Nouellis ſuis conſtitutionibus [a]. Magiſtratus etiam Athenienſes quotannis iureiurando ſe aliquo adſtringebant. Nam nouem quidem ἄρχοντες, ſiue magiſtratus (hi autem erant Eponymus, Rex, Polemarchus, & ſex Theſmothetæ) iurabant ſe legum præcepta ſeruaturos, nulla verò munera accepturos: ſi ſecus facerent, ſtatuam auream pœnæ nomine Delphis erecturos eſſe. Sic enim Iulius Pollux [b], ἐπηρώτα δ' ἡ βουλὴ, ὤμνυον δ' οὗτοι πρὸς τῷ βασιλείῳ στοᾷ, ἢ ἐπὶ τοῦ λίθου, ἐφ' ᾧ τι συμφυλάξειν τοὺς νόμους, καὶ μὴ δωροδοκήσειν, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσαι. εἶτα ἐντεῦθεν εἰς ἀκρόπολιν ἀνελθόντες ὤμνυον ταῦτα. *interrogabat Senatus, hi verò ad regiam poricum lapideam iurabant, ſe leges obſeruaturos nec munera accepturos: ſi ſecus faxint, ſtatuam auream ſe pœnæ nomine perſoluturos. poſtea inde in arcem conſcendentes, hæc iureiurando confirmabant.* Huius etiam rei meminit Heraclides [c], & Plutarchus [d] in illo loco, κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυον ὅρκον ἡ βουλὴ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον δ' ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων, εἴ τι παραβαίνῃ τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. *Senatus igitur vſitatum iurauit iuſiurandum, ſe leges Solonis firmiſſimè obſeruaturũ: ſinguli quoque Theſmothetæ peculiariter in foro ad lapidem, ſanctiſſimè iurarunt: ſi qua in re leges tranſgrederentur, ſtatuam auream æqualis cum Apollinis ſtatua põderis, apud Delphos dedicaturos.* Præterea duo erant Senatus Athenis, vnus Areopagitarum, alter quingentorum: qui ab initio (id eſt Solonis temporibus) erant quadringẽti, poſtea quingenti, poſtremò autem additis duabus Demetriade atque Antigonide tribubus ad reliquas quarum iudicio hic Senatus conſtituebatur, cœperunt eſſe ἑξακόσιοι, id eſt ſexcenti. Qua de re Plutarchus in Solone & Demetrio videatur. Ille plerunque de cæde, hic de publicis negotiis tractabat: hic annuus erat, ille perpetuus: certus horũ, illorum incertus erat numerus. Hinc βουλευτικὸς ὅρκος, iuſiurandũ Senatorium. Fuit & aliud, quod & Heliaſticum nominabatur. De illo prius, de hoc poſterius: De vtroque breuiter agetur. In illo hæc erant, κατὰ τοὺς νόμους βουλεύσειν, *ex legum præſcriptis conſilia daturos*, vt Xenophon auctor eſt [e]. Item καὶ οὐ δέξομαι ἔνδειξιν, οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν προτέρων γεγενημένων, πλὴν τῶν φευγόντων, vt eſt apud Andocidem [f]: vbi tamen legendum τῶν πρότερον, vt οἱ πρότερον γεγενημένοι, qui fuerant ante Euclidem, intelligantur, ídque ea quæ præcedunt, manifeſtum (vt puto) faciunt. Præterea οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων μηδένα: *neque recipiam delationem, neque in vincula quenquam conijciam, propter priora ab ipſis geſta, niſi fuerint rei, neque quenquam Athenienſium vinciam.*

a Nou. 29. de prętore Paphlagoniæ Nou. 102. de moderatore Arabiæ. Nou. 25. de prętore Lycaoniæ. & Nou. 26. de prætore Thraciæ.
b lib. 8.
c in libro περὶ πολιτειῶν, vbi de Athenięſiũ rep.
d in Solonis vita.
e libro 1. ἀπομνημονευμάτων.
f in oratione περὶ τῶν μυστηρίων.

Qua de re videatur Demoſthenes κατὰ Τιμοκράτους: *contra Timocratem.* Andocides autem plenius extulit in oratione [a] aduerſus Alcibiadem, cùm ait: ἄξιον δὲ μέμψασθαι τὸν θέντα τὸν νόμον, ὃς ἐναντία τῷ ὅρκῳ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ἐνομοθέτησεν. ἐκεῖ γὰρ ὄμνυτε μηδένα μήτε ἐξελεῖν, μήτε δῆσαι, μήτε ἀποκτείνειν ἀκρίτων, vbi ἀποκτενεῖν reponendum puto. *Dignus eſt reprehenſione is qui hanc legem tulit, quippe qui conſtituit repugnantia & contraria iuramento populi & Senatus Athenienſis. Ibi enim iuratis, neminem vos exempturos, neque vincturos neque daturos neci, indemnatum cauſaque non cognita & iudicata.* Fuerunt & alia quæpiam in hoc iureiurando: vt ex Lyſiæ oratione collegimus, quæ κατὰ Φίλωνος δοκιμασία inſcribitur. Sic enim ſtatim in ipſo initio, ᾤμην μὲν ὦ βουλή, &c. ἐγὼ δὲ ὀμόσας εἰσῆλθον εἰς τὸ δικαστήριον, τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν τῇ πόλει· ἔνεστι δὲ ἐν τῷ ὅρκῳ ἀποφαίνειν, εἴ τις τινὰ οἶδε τῶν λαχόντων ἀνεπιτήδειον ὄντα βουλεύειν, &c. *Contra Philonem inquiſitio & Cenſura. Equidem exiſtimabam, ô Senatores, &c. Ego verò iuratus in iudicium ingreſſus ſum, vt optima quæque Reipub. conſulerem. Hoc autem eſt in iuramento, oportere declarare, ſiquis aliquem nouerit ex iis qui electi ſunt, minus idoneum ad hoc Senatorium munus obeundum.* Et ſub finem, ἔτι δὲ ἐνθυμήθητε ποίων ἂν ὑμῖν δοκῇ τῶν ὅρκων φροντίσαι, ὃς ἔργῳ τοὺς πατρῴους θεοὺς προδέδωκεν· ἢ πῶς ἂν χρηστόν τι βουλεῦσαι περὶ τῆς πολιτείας, ὃς οὐδὲ ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα ἐβουλήθη· ἢ ποῖα ἂν ἀπόρρητα τηρῆσαι, ὃς οὐδὲ τὰ προειρημένα ποιῆσαι ἠξίωσε. *Præterea cogitate quodnam iſte iuſiurandum curet, qui reipſa Deos patrios prodidit: aut quomodo is poterit aliquid Reip. conſulere, quod ex vſu ſit, qui nec patriam voluit liberatam: aut quomodo arcana ſeruabit, qui illa non dignatus eſt facere quæ illi fuerant prius propoſita.* Ex quibus omnibus intelligi & exponi debet illud Demoſthenis contra Neæram, προεληλυθότος δὲ χρόνου λαγχάνει βουλεύειν Ἀπολλόδωρος, δοκιμασθεὶς δὲ καὶ ὀμόσας τὸν νόμιμον ὅρκον, *progreſſu temporis ſortitus eſt Senatoriam dignitatem Apollodorus, ac probatus: iuſiurandúmque iurans legitimum atque ex legibus vſitatum.* Nã νομίμου ὅρκου appellatione τὸν βουλευτικὸν intelligit, de quo diximus. Heliaſticũ verò iuſiurandum à Demoſthene profertur in oratione κατὰ Τιμοκράτους, ſic dictum ab iudicibus qui Heliaſtæ, vel ἀπὸ τοῦ ἁλίζεσθαι, quòd in vnum locum ſimul conuenirent: vel ἀπὸ τοῦ ἡλίου, quòd ſub dio iudicarent, nominati ſunt, vt Vlpianus Demoſthenis interpres notat [b]. Eius erant capita complura: in quibus hæc præcipua. Primum ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων, *Decernam ex legum & plebiſcitorum Athen. & Senatus quingentorum præſcripto.* Aeſchines aduerſus Cteſiphontem [c], ὁ νομοθέτης τοῦτο πρῶτον ἔταξεν ἐν τῷ δικαστῶν ὅρκῳ, ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους, ἐκεῖνό γε εὖ εἰδώς, ὅτι ὅταν διατηρηθῶσιν οἱ νόμοι τῇ πόλει, σώζεται καὶ ἡ δημοκρατία, *Legiſlator hoc primùm conſtituit in Iudicum iuramento. Decernam iuxta leges: hoc enim probè tenebat: Quando leges obſeruantur, Reſp. quoque conſeruatur.* Deinarchus aduerſus Demoſthenem, ἐπειδὴ δ᾽ εἰς τὰς ἡμετέρας ἥκει χεῖρας τοὺς ὑπὲρ τοῦ δήμου συνειλεγμένους καὶ τοὺς ὀμωμοκότας (vbi malo ὑμετέρας ἥκει χεῖρας τῶν ὑπὲρ τοῦ δήμου συνειλεγ-

[a] ſub initium.

[b] in orationem κατὰ Τιμοκράτους.

[c] ſub initium eius orationis.

λεγομένων καὶ τῶν ὀμωμοκότων) πείθεσθαι τοῖς νόμοις καὶ τοῖς τοῦ δήμου ψηφίσμασι, τί ποιήσετε; *Quandoquidem ad vestras manus peruenit, vt illi qui pro populo ſunt electi, & qui iurarunt, legibus obtemperent & plebiſcitis: quid facietis?* Antiphon de Herodis cæde, ταῦτα γὰρ ἐμέ τε σώζει, καὶ ὑμῖν νόμιμα καὶ εὔορκα γίγνεται. κατὰ γὰρ τοὺς νόμους ὠμόσατε δικάσειν, *Hæc enim me ſeruant, & vobis legitima & ſanctiſſimè obſeruanda ſunt, Nam iuraſtis vos ex legum præſcriptis iudicaturos.* Andocides aduerſus Alcibiadem, ὑμῶν ὀμωμοκότων χρῆσθαι τοῖς νόμοις, *Quum iurauerititis vos legibus vſuros, eáſque adhibituros.* Demoſthenes de Corona, καὶ νόμους τοὺς μὲν μεταποιῶν, τῶν δ' ἀφαιρῶν μέρη, οὓς ὅλους δίκαιον ἦν ἀναγινώσκεσθαι, τοῖς δὲ ὀμωμοκόσι κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι, *Et leges quidem alias inuertens, aliarum partes quaſdam reſecans, quas legere integras æquum erat, & eos qui erant iureiurando adſtricti, ex legum præſcriptis decernere.* Item de falſa legatione, ὀμωμόκατε ψηφιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων. *Iurauiſtis decernere ſecundum leges & plebiſcita populi ſenatúſque quingentorum.* Et aduerſus Meidiam, τοὺς νόμους ἤδη δεῖ σκοπεῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί· κατὰ γὰρ τούτους δικάσειν ὀμωμόκατε, &c. *quas leges oportet iam ſpectare, ô Iudices, Iurauiſtis enim vos ſecundum illas iudicaturos.* Et poſtea, καὶ γὰρ ὀμωμόκατε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς νόμοις πείθεσθαι, καὶ τῶν ἴσων μέτεστιν ὑμῖν διὰ τοὺς νόμους καὶ πάνθ' ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ ὑμῖν, διὰ τοὺς νόμους ἐστὶν, οὐ διὰ Μειδίαν, οὐδὲ διὰ τοὺς Μειδίου παῖδας. *Etenim iurauiſtis, viri Athenienſes, vos legib. obtemperaturos. Legũ etiã beneficia æquitas & æquabilitas ſtat apud vos: & per leges habetis quicquid vobis eſt boni: nõ per Midiã neq; propter liberos Midiæ.* Et cõtra Theocrinẽ, καὶ τοί γε τὰς τοιαύτας ἀπολογίας οὐ δίκαιόν ἐστι προφέρειν τοῖς κατὰ τοὺς νόμους ὀμωμοκόσι δικάσειν. *neque iuſtũ eſt, defenſiones eiuſmodi proferre apud eos qui ſecundũ leges ſe iudicaturos iurauerũt.* Facit & illud πρὸς Φορμίωνα ὑπὲρ δανείου apud eundem authorẽ: πάθοιμι μὲν τ' ἂν δεινότατα. εἰ οἱ μὲν νόμοι τῶν Ἀθήνησι συμβολαίων κελεύουσι τὰς δίκας εἶναι πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ὑμεῖς δ' ἀπογνοίητε τῆς δίκης ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι. *Aduerſus Phormionem de mutua pecunia. Peſſimè mecum ageretur, ſi vos qui iurauiſtis ſecundum leges iudicaturos, iudicium ferre de hac cauſa recuſaretis: quum leges iubeant, actiones apud Theſmothetas dari de contractibus qui Athenis fiunt.* Ad hanc denique iuriſiurandi huius particulam, illud eiuſdem Demoſthenis referendum cenſeo, cùm ait: χρὴ δὲ ὅταν μὲν τιθῆσθε τοὺς νόμους, ὁποῖοί τινές εἰσι, σκοπεῖν· ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν καὶ χρῆσθαι. καὶ γὰρ εὔορκα ταῦθ' ὑμῖν ἐστι καὶ ἄλλως δίκαια. *Oportet autem quando leges fertis, conſiderare quales ſint illæ: ſed poſteaquam ſunt à vobis ſancitæ & conſtitutæ, illæ ſunt obſeruandæ & vſurpandæ. Nam hoc requirit ſacroſanctum iuſiurandum veſtrum, & iura hoc efflagitant.* Et hos quidem locos omnes adduximus, vt intelligeretur quæ vis eſſet huius in leges iuriſiurandi Heliaſtici ſiue iudicialis: quod Iuſtinianus à defenſoribus ciuitatum præberi Nouella ſua[a] (in qua ſic eſt, ὅρκον δὲ παρέχοντα, ὡς ἅπαντα πρὸς τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον πράξει κοινῇ) *iuſiurandum præſtet, ſe ex æquo omnia adminiſtraturum vt leges & iura præſcribunt,* conſtitutione cauit. Et in Gallia no-

[a] Nou. 15. περὶ τῶν ἐκδίκων

ſtra hodiéque à Senatoribus iudicibúſque omnibus ordinarijs, maioribus & minoribus, in ipſo magiſtratus ingreſſu præſtari ſolet: Leges videlicet, atque conſtitutiones ſiue ordinationes, edictáque Principum à ſe obſeruatum iri: ſed hoc non priùs exigitur, quàm illud alterum fuerit præſtitum, ſuffragij nomine ad magiſtratum adipiſcendum, nihil cuiquam donatum directò aut per interpoſitam perſonam, nihil etiam promiſſum eſſe. Quod equidem ex vetuſta Theodoſij ac Valentiniani Conſtitutione [a] tranſlatitium eſſe, in memoriam nunc primùm reuoco. Alia etiam eiuſdem iuriſiurandi capita, in illud quod à iudicibus & magiſtratum aliquem ineuntibus exigitur, complura tranſlata eſſe memini: qualе hoc eſt de non accipiendis muneribus. Sic enim apud Demoſthenem [b] in Heliaſtico iureiurando legitur, οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἡλιάσεως ἕνεκα, οὔτ᾽ αὐτὸς ἐγώ, οὔτ᾽ ἄλλος ἐμοί, οὔτ᾽ ἄλλοι εἰδότος ἐμοῦ, οὐ τέχνῃ οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ. *Iudicij cauſa neque ipſe dona muneráue vlla accipiam, neque in meam rem alius, ſed neque vllum arte fraudéue aliqua quidquam accipere patiar ſciens dolo malo.* Quorum verborum ſententia iureiurando quod paulò antè ex Iuſtiniani ipſius conſtitutione retulimus, omnino continetur: eóque referendum eſt, quod idem Imperator ſæpiſſimè in Nouellis ſuis à magiſtratibus vt obſeruetur præcipit, δεῖ τοίνυν σε καθαρῶς παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν καὶ δόσεως ἁπάσης χωρὶς πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων καθαρὰς φυλάττειν Θεῷ τε καὶ ὑμῖν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἅπτεσθαι κέρδους, μήτε μείζονος, μήτε ἐλάττονος, μηδὲ ἐσοφισμένην τινὰ ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐμπορείαν. *Oportet igitur, cum tu magiſtratum ſincerè adeptus es, etiam vt ſis ab omnibus donis remotus, præ alijs puras Deo, nobíſque legique manus cuſtodias: neque vllum attingas lucrum, ſiue paruum ſiue magnum: nullam quoque callidam & artificioſam ineas aduerſus ſubiectos negotiationem.* Vult eos puras & integras manus Deo, Imperatori, & legi ſeruare: & vt eſt in Nou. [c] 25. χειρῶν κρατεῖν, *abſtinere manus.* vt eſt in Nou. 24. ἀδωροτάτην μένειν, *donis incorruptum manere.* nulli neque magno neque paruo lucro ſtudere, ſubdolam nullam in ſubditorum iniuriam ac detrimentum facere mercaturam, qua de re agitur in Nou. 8. [d] 17. [e] 24. [f] 25. [g] & 26. [h] Si ſecus fecerint Iudices, atque aliquid acceperint contra fas: ob cauſas quidem pecuniarias triplum datæ, duplum promiſſæ pecuniæ comitem priuatorum ab ipſis exigere, illos autem dignitate ac poteſtate ſua priuari. Ex cauſis verò criminalibus ſi quid acceperint, ipſos deportari, eorúmque bona omnia publicari: atque hæc eſt ſententia Nouellæ 124. [i] Illud quoque, quod Heliaſtico iureiurando continetur de accuſatore ac reo pariter audiendis in hæc verba, καὶ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν: *Et æqua conditione ſimiliterque audiam vtramque partem tum accuſatorem tum reum:* Iuſtinianus illo ſuo, quod ſuperiùs Latinum fecimus, comprehendit. Huc verò pertinet, quod idem Iuſtinianus Nou. 25. [k] ait, Lege ſua caueri vt magiſtratus ſeruato legum præſcripto iudicent, ſubditíſque id quod æquum iuſtúmque eſt tribuant: κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους δικάσειν τε καὶ νέμειν τοῖς ὑπηκόοις ἰσότητα

a l. vlt. C. ad l. Iul. repetund.
b κατὰ Τιμοκράτους.
c de præto re Lycaoniæ.
d vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant.
e de mandatis principum.
f de prætore Piſidiæ.
g de prætore Lycaoniæ.
h de prætore Thraciæ
i περὶ τῶν δικαζομένων.
k de prætore Lycaoniæ.

τά τε καὶ δικαιοσύνην: & Nou.26.[a] καὶ φυλάττειν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐν ἰσότητί τε καὶ δικαιοσύνῃ, πάσης ἀπηλλαγμένους αἰσχροκερδείας τε καὶ δυσμενείας καὶ χάριτος. In eandem ſententiam ſcribit Imperator idem Nou. 29.[b] & 69.[c] Hoc verò iuriſiurandi caput ex antiquis legibus Athenienſium à Solone latis deſumptum eſt. Nam id ipſum quod modò expoſuimus, quotannis iurare Iudices Athenienſes conſueuerant, vt ex eorum quæ ſubſcribā lectione cuilibet patebit. Iſocrates περὶ τῆς ἀντιδόσεως ſic ſcribit, καὶ γὰρ αἰσχρὸν, &c. καὶ παρ᾽ ἑτέροις μὲν ἐπειδὰν περὶ ψυχῆς ἀνθρώπου δικάζωσι, μέρος τῶν ψήφων ὑποβάλλεσθαι τοῖς φεύγουσι· παρ᾽ ἡμῖν δὲ, μηδὲ τῶν ἴσων τυγχάνειν τοὺς κινδυνεύοντας τοῖς συκοφαντοῦσιν. ἀλλ᾽ ὀμνύναι μὲν καθ᾽ ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ἦ μὴν ὁμοίως ἀκροάσεσθαι τῶν κατηγορούντων καὶ τῶν ἀπολογουμένων, τοσοῦτον δὲ τὸ μεταξὺ ποιεῖν, ὥστε τῶν μὲν αἰτιωμένων ὅτι ἂν λέγωσιν ἀποδέχεσθαι, τῶν δὲ τούτους ἐξελέγχειν πειρωμένων, ἐνίοτε μηδὲ τὴν φωνὴν ἀκούοντας ἀνέχεσθαι, &c. *De Retributione, Etenim turpe eſt, &c. apud alios homines quando de alicuius vita iudicium conſtituitur, partem ſuffragiorum reis ſubijci: apud nos verò, eos qui in diſcrimen vocantur, non parem conditionem obtinere cum delatoribus. Atqui quotannis iuratis, vos pariter æqualitérque audituros tam accuſatores quàm reos: interim tamen hoc ita facitis, vt recipiatis quidem ſermones eorum qui criminantur: neque tamen interdum ſuſtineatis vocem audire eorum qui crimina refellere conantur, &c.* Demoſthenes de corona ſtatim in ipſo initio petere ſe à diis deabúſque omnibus ὅπερ ἐστὶ μάλισθ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν, ait alloquens Iudices, καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τε καὶ δόξης (vbi εὐσεβείας nomine εὐορκίαν intelligit) τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ· σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε· ἀλλὰ τοὺς νόμους καὶ τὸν ὅρκον ἐν ᾧ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροάσασθαι. Hoc autem his verbis explicat, τοῦτο δ᾽ ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ εἰς βεβούληται καὶ προείρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι, *Quod maximè è re veſtra, & ad veſtram pietatem (hoc eſt ſacroſanctum iuſiurandum veſtrum) & ad bonam exiſtimationem & gloriam veſtram pertinenti, vt dij vobis id offerant & ſubijciant. Neque conſiliarium adhibeatis aduerſarium meum, vt ſtatuatis quomodo ſim audiendus à vobis. Miſerum enim hoc foret: ſed potius conſulatis leges & iuſiurandum in quo inter alia hoc imprimis æquiſſimè ſcriptum eſt, vt vtramque partem æquè audiatis. Hoc autem eſt, non ſolùm vt nihil priùs condemnetis quàm fuerit cauſa cognita, neque tantùm vt parem beneuolentiam vtrique tribuatis: ſed etiam, vt eo ordine & ea defenſione qua quiſque litigantium voluerit & inſtituerit, vti permittatis.* Aeſchines aduerſus Demoſthenem de falſa legatione[d], vbi de Demoſthene loquitur, ὅς ἐτόλμησε παρακελεύσασθαι, inquit, πρὸς ἄνδρας ὀμωμοκότας τῶν ἀντιδίκων ὁμοίως ἀμφοτέρων ἀκούσεσθαι τὴν τοῦ κινδυνεύοντος φωνὴν μὴ ὑπομένειν, *Qui auſus eſt hortari viros iureiurando aſtrictos, ſe vtramque litigantium partem ex æquo audituros, neque eius qui in diſcri-*

a de prætore Thraciæ

b de prætore Paphlagoniæ.

c vt omnes obediant magiſtratibus prouinc.

d in principio orationis περὶ παραπρεσβείας.

*men vocatur vocem admittant.* Ad hanc iuriſiurandi partem reſpexere a ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν statim in principio. iidem oratores aliis locis, ac Demoſthenes quidem cùm ait [a], δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, δικαίαν δέησιν ἐξ ἴσου ἡμῶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι. *Peto à vobis, viri Iudices, iuſtam poſtulationem ex æquo vt audiatis vtrumque.* Æſchines autem [b] (b περὶ παραπρεσβείας.), quo loco rogat Iudices δηλοῦν ὃ ἂν προσθῆτέ μου, inquit, ἀκοῦσαι μηδὲν προκατεγνωκότες ὡς ἀδικῶ, ἀλλ' ἴσῃ τῇ εὐνοίᾳ ἀκούοντες, *ſignificetis quid ex me audire cupiatis, neque ſine vllo præiudicio quaſi iniuria affecerim, ſed pari beneuolentia audiatis.* Nam quod diximus ὁμοίως in ipſa iuriſiurandi formula, ille ἴσῃ τῇ εὐνοίᾳ interpretatur. Lucianus [c] (c περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.) autem vtrumque expreſsit his verbis: ἐσχάτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαῖεν ἂν καὶ οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, ὅτε ὁ Σόλων καὶ ὁ Δράκων, ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν, ἄχρις ἂν ὁ τοῦ δευτέρου λόγος παρατεθεὶς θατέρου χείρων ἢ ἀμείνων φανῇ. *Hæc iniquitas ſumma eſt, vt optimi Legiſlatores Solon & Draco ſtatuunt, qui iureiurando iudices aſtrinxerunt, vt pari conditione actorem & reum audiant, æqualémque beneuolentiam vtrique tribuant: quouſque ex poſterioris oratio alterutrius cauſa melior aut deterior fuerit patefacta.* Illud quoque Ariſtidis ad Capitonem [d] (d lib. 1. περὶ ῥητορικῆς.) huc pertinet (opinor) ἀλλ' ἔδει δέχεσθαι, ait, τὴν πρόκλησιν· αὐτὴ δέ τις ἦν, τολμᾶν ἀκροᾶσθαι ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ ἴσως καὶ κοινῶς ἀμφοῖν: *Sed oportuit conditionem oblatam recipere. Quænam verò fuit illa? Vt in iudicijs fit, vtrunque æqualiter & cõmuniter audire non recuſare.* vbi neceſſariò legendum eſt ἴσως καὶ κοινῶς ἀμφοῖν, vt ſignificet ὁμοίως καὶ ἴσῃ τῇ εὐνοίᾳ. Hoc autem eſt παρέχειν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, *præbere ſe æqualem & communem vtriuſque auditorem,* vt ipſe Demoſthenes [e] (e περὶ τοῦ στεφάνου.) loquitur. Erant & in Heliaſtico iureiurando alia quædam, vt τύραννον οὐ ψηφιοῦμαι εἶναι, &c. οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἰδίων ἀποκοπὰς, &c. *Nunquam patiar meo decreto quenquam tyrannum eſſe, neque priuatorum tabulas nouas ſiue debita priuatorum, reſcindi.* Item περὶ ἀρχῶν nonnulla. Illud etiam de ætate, καὶ γέγονα οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα ἔτη, quod nõ eſt à Polluce omiſſũ. Sic.n. ſcribit[f] (f lib. 8.), ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη ἐκ τῶν ἐπιτίμων, καὶ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ *Indicabãt ſupra triginta annos qui integræ famæ erãt, & publicè nõ obærati.* Eſt & illud in iureiurando quo de agimus, καὶ διαψηφιοῦμαι περὶ αὐτοῦ οὗ ἂν ἡ δίωξις. Quę omnia extant apud Demoſthenem in oratione κατὰ Τιμοκράτους, *contra Timocratem*, nec tamen integrum Heliaſticum iuſiurandum (niſi fallor) conſtituunt. Illa namque pars omiſſa eſt, in qua ſanctè affirmabant, γνώμῃ δικαιοτάτῃ δικάσειν, id eſt animo religioſiſsimo ſe iudicaturos. Nam qua de re ſcripta lex eſſet, hanc ſe in iudicando ſecuturos, quod verò nominatim lege aut pſephiſmate ſiue decreto comprehenſum non eſſet, in eo ſe ex animi ſententia bonáque fide quod eſſet iuſtiſsimum ac æquiſsimum iudicaturos pronuntiabant, quod nos hodiéque obſeruare in iudiciis conuenit. Rectè igitur Iulius Pollux ad Commodum Imperatorem lib. 8. [g] (g in cap. περὶ τῶν ἐν Ἀθηναίοις δικαστηρίων.) ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, inquit, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι. περὶ δὲ ὧν μὴ εἰσὶ, συγγνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ: *Iuſiurandum autem Iudicum erat,*

*vt de ijs*

*ut de ijs quidem de quibus leges latæ eſſent, iudicarent ex legum formula: de quibus verò leges non eſsent latæ, ex æquo bono ſententiam ferrent.* vbi obiter moneo legendum σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, vel potius illud σὺν delendum, vt pote deſumptum ex vicini verbi vltima ſyllaba. Nam συγγνώμη veniam ſignificat: & veniam dare non eſt iuſtorum, ſed miſericordium iudicum. Quod Pollux ait, id ex Demoſthene ſumpſiſſe videtur: cuius hæc verba ſunt ex oratione aduerſus Leptinem, χρὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι καὶ ὁρᾷν, ὅτι νῦν ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν ἥκετε, οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων, οὐδὲ τοὺς Θηβαίων, οὐδ' οἷς ποτε ἐχρήσαντο οἱ πρῶτοι τῶν προγόνων, ἀλλὰ καθ' οὓς ἔλαβον τὰς ἀτελείας, οὓς ἀφαιρεῖται νῦν οὗτος τῷ νόμῳ. καὶ περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν καλῶς· τὸ τοίνυν τῆς γνώμης πρὸς ἅπαντα ἀπενέγκατε τὸν νόμον, &c. *Oportet igitur, viri Athenienſes, illud quoque vos cogitare & videre, quod iuramento adſtricti ad iudicandum accedatis iuxta leges, non Lacedæmoniorum, non Thebanorum neque quibus priſci homines quondam vtebantur: ſed iuxta leges illas per quas immunitates acceperunt, quas nunc iſte tollit ſua lege. De quibus verò nullæ fuerunt leges conſtitutæ, de iis vt æquiſsima ſententia rectè iudicetis. Nunc igitur conferte æquum bonum cum lege vniuerſa, &c.* Idem Demoſthenes πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος, ad finem eius orationis, ἀλλὰ μὴν ὧν γ' ἂν μὴ ὦσι νόμοι γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν ὀμωμόκατε, *aduerſus Bœotum de nomine. Veruntamen de quibus nullæ ſunt leges poſitæ, iurauiſtis vos iudicaturos quàm æquiſsima ſententia.* Iuſiurandum hoc erat ex legum præſcripto, quæ definiunt quod poſſunt, reliquum iudicio ſententiæ mentíque magiſtratuum incorruptæ ac ſinceræ permittunt: vt ſcribit Ariſtoteles[a] in hæc verba, ἀλλὰ μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος, οὐδ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν, ἀλλ' ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος ἐφίστησι τὰ λοιπὰ τῇ δικαιοτάτῃ γνώμῃ κρίνειν, καὶ διοικεῖν τοὺς ἄρχοντας· ἔτι δ' ἐπανορθοῦσθαι δίδωσιν, ὅτι ἂν δόξῃ πειρωμένοις ἄμεινον εἶναι τῶν κειμένων, &c. *Attamen ea quæ non videtur lex poſſe præfinire, neque poterit homo illa dignoſcere. Sed ipſa lex his cauens expreſsè permittit vt Magiſtratus iudicet reliqua æqua & iuſta ſententia. Permittit etiam illis emendāda quæ ipſis videbantur conantibus meliora vſurpare, quàm quæ legibus ciuilibus erāt conſtituta:* nec dubito equidem quin idem philoſophus eò aſpexerit[b]: vbi non ex neceſſariis tantùm, ſed ex probabilibus etiam argumentis atque indiciis proferendam eſſe à iudice ſententiam aſſerit: οὐ γὰρ (ait) ἐκ τῶν ἀναγκαίων δεῖ αὐτὸν μόνον κρίνειν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν εἰκότων. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν. Non modò autem γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, *æquiſsima ſententia* ſe iudicaturos profitebantur: ſed & hoc addebant (vt opinor) neque gratiæ amicitiæve, nec odij aut inimicitiæ cauſa, quod Cenſorum quoque apud Romanos, vt ſuprà oſtendimus, iuſiurandum fuit) ſententiam laturos eſſe. Hinc illud apud ipſum Demoſthenem[c] legitur, ἔκ τε γὰρ τοῦ ὅρκου ἐξήλειφαν τὸ ψηφιεῖσθαι γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, καὶ οὔτε χάριτος ἕνεκα, οὔτε ἔχθρας, *Iureiurando deleuerūt hæc verba: Iudicabo ſententia æquiſsima & iuſtiſsima neque gratia aut odio adductus, &c.* Quæ

[a] lib. 3. politicor.

[b] extremo lib. 2. Rhetor. vbi de iudice.

[c] ἐν τῇ ἐφέσει πρὸς Εὐβουλίδην.

omnia diſertiſſimus idem orator contra Ariſtocratem extulit in illo loco, οὐκ ἄρα εὐορκοῦσιν οἱ δικάζοντες αὐτοῖς; ναί. καὶ πῶς, ἐγὼ διδάξω, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν ὀμωμόκασιν; ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα ἀφ' ὧν ἂν ἀκούσωσι, παρίσταται. ὅτε τοίνυν κατὰ ταύτην ἔθεντο τὴν ψῆφον, εὐσεβοῦσι. πᾶς γὰρ ὁ μήτε δι' ἔχθραν, μήτε δι' εὔνοιαν, μήτε δι' ἄλλην ἄδικον πρόφασιν μηδεμίαν παρ' ἃ γιγνώσκει θέμενος τὴν ψῆφον, εὐσεβεῖ· εἰ γὰρ ἠγνόησέ τι διδασκόμενος, τοῦ μὴ συνεῖναι δίκην οὐκ ὀφείλει δοῦναι· ἀλλ' εἴ τις εἰδὼς ἐκεῖνο προδίδωσιν ἢ ἐξαπατᾷ, ἔνοχος αὐτὸς ἐστι τῇ ἀρᾷ, &c. *Nonne ſanctiſſimè qui iudicarunt obſeruarunt iuſiurandum? Ita. & quomodo id ego docebo. Iurarunt ſe iudicia facturos iuſtiſſima ſententia: ſententiæ verò ratio ex iis quæ ipſi audiuerunt conſtituitur: quando igitur hac ratione ſententiā tulerunt, piè iuſiurandū colunt. Quiſquis enim neq; odio, neque gratia neq; alia occaſione iniqua contra illa quæ ipſi nota ſunt, profert ſententiā piè colit iuſiurandum. Si aliquid enim ignorauerit in cauſæ cognitione, non tenetur. ſed ſi quis rem cognoſcat, eámque deſerat, aut fallacia & deceptione ſententiam profert, obnoxius eſt illi execrationi, &c.* Bene verò Demoſthenes τὴν τῆς γνώμης δόξαν ἀφ' ὧν ἂν ἀκούσωσι, παρίσταται ait. Nam ſanè qui non ex ipſis cauſis iudicant, ſed ad cauſas iudicia iam facta domo deferunt, non modò auctoritatem, ſed etiam nomen iudicum amittunt, vt Cicero [a] ſcribit. At quod Heliaſtæ apud Athenienſes in iureiurando pronunciabant, οὔτε χάριτος ἕνεκα, οὔτε ἔχθρας: id non modò à Cenſſ. apud Romanos, ſed etiam à Iudicibus præſertim rerum criminalium ſanctè affirmatum legimus [b] apud Senecam: Apud quem Votienus, Montanus, damnaturi (inquit) iurant ſe nihil gratiæ, nihil precibus dare. Poſtulo, vt in hanc legem iures. Quò verba illa Iuſtiniani pertinent [c], quæ paulò antè poſuimus: πάσης ἀπηλλαγμένους αἰσχροκερδείας τε καὶ δυσμενείας καὶ χάριτος. *qui ſint ab omni quæſtu turpi, ſordibus, omni odio, maleuolentia, fauore, & gratia remotiſſimi.* Itémque illa Leonis eiuſdem philoſophi, & Imperatoris [d]: qui (poſtquam docuit diuinæ legis præſcripto, quo iuſiurandum diſtrictè prohibetur, non aduerſari Ciuile ius, quo magiſtratus & iudices in adminiſtrationis aut cognitionis iudiciíque ingreſſu iurare iubentur: Imò verò ſi quis non verba vtriuſque aucupetur, ſed mentem, finemq; ac propoſitum introſpiciat, inuicem vtrunque congruere: propterea quòd vtroque mendacium, idque quod à vero aberrat, excludatur) ſubiicit ſtatim, ſe quoque cum aliis ſancire atque conſtituere, vt à magiſtratibus ac iudicibus in adminiſtrationis aut iudicij initio iurent, ſe veritatem mendacio prælaturos, nec vllatenus à recta via ad obliquam fraudis ac deceptionis ſemitam declinaturos: τούς τε καθισταμένους (ait) εἰς ἀρχῆς προβολὴν καὶ εἰς κρίσιν ἀμφισβητουμένου πράγματος εἰσιόντας δι' ὅρκων πιστοῦσθαι ὡς τὸ ἀληθὲς πρὸ τοῦ ψεύδους τιμήσουσι, καὶ οὐδαμῶς τῆς εὐθείας ἐκτραπέντες ἐπὶ τὴν σκολιὰν τῆς ἀπάτης τρίβον χωρήσουσιν. *Sancimus vt qui magiſtratus ineunt, & in cauſis dubiis, initio confirment iureiurando, ſe verum mendacio antepoſituros: & nullo modo à recta via ad obliquas deceptionis & fallaciæ ſemitas deflexuros.* Quibus verbis illa omnino veterum γνώμῃ δικαιοτάτῃ, καὶ οὔτε χάριτος οὔτε ἔχθρας,

[a] pro Cluentio.

[b] contro. 26. lib. 5.

[c] ex Nou. 26.

[d] Nou. 97.

θρας, comprehenſa intelligimus: & illa Demoſthenis explicari, quæ modò retulimus ex oratione aduerſus Ariſtocratem: ἀλλ' εἴ τις εἰδὼς ἐκεῖνο προὔδωκεν, ἢ ἐξαπατᾷ, ἔνοχος ἔστω ἐπὶ τῇ ἀρᾷ, &c. Illud non omittam Ægyptiorum reges olim adegiſſe iureiurando iudices ſuos, vt & ſi quid ipſi contrà præciperent, illi tamen id quod iuſtũ videretur, pronuntiarent. Id enim Plutarchus his verbis retulit[a]: οἱ Αἰγυπτίων βασιλεῖς κατὰ νόμον ἑαυτῶν τοὺς δικαστὰς ἐξώρκιζον, ὅτι κἂν βασιλεύς τι προστάξῃ κρῖναι τῶν μὴ δικαίων, οὐ κρινοῦσι. Sic enim legendum eſt pro οὐ κείνουσι, *Reges Ægyptiorum ex ſuis legibus iudices iureiurando adſtringebant: quòd etiamſi Rex ipſe iuberet aliquid iniquè iudicari, non tamen ita iudicarent.* Cæterùm vt apud Romanos ſacramentis omnibus illa *ſi ſciens fallo*, & iuriiurando magiſtratuum illa quam diximus ex Iuſtiniani conſtitutione, ſic Heliaſtico huic iuriiurando imprecatio & execratio quædam quaſi legi ſanctio addebatur, quam Demoſthenes literis conſignauit aduerſus Timocratem in illo loco, ἐπόμνυμι Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητρα. καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι· εὐορκοῦντι δὲ καλὰ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι: *iuro per Iouem, Neptunum, Cererem: ac mihi totique familiæ meæ exitium imprecor: ſi aliquid eorum trangreſſus fuero. Sin piè iuſiurandum coluero, vt multa mihi ac meis bonis eximia eueniant.* quanquam apud Iulium Pollucẽ[b], vbi hac de re, non legitur Neptuni nomen, ſed Apollinis. Sic enim ſcribit: ὤμνυον δὲ ἐν Ἀρδήττῳ δικαστηρίῳ Ἀπόλλω πατρῷον, καὶ Δήμητραν, καὶ Δία βασιλέα. At profectò qui dij nominarentur, haud multùm intereſt. Erat quidem certè illa vulgaris ſacramentorum clauſula apud Athenienſes: quamobrem Andocides in oratione περὶ τῶν μυστηρίων ſic ait, τοῦτο δὲ ὠμόσατε Ἀθηναῖοι πάντες καθ' ἱερῶν τελείων τὸν νόμιμον πρὸ Διονυσίων ὅρκον. καὶ ἐπεύξασθε εὐορκοῦντι μὲν εἶναι πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δὲ ἐξώλη αὐτὸν εἶναι καὶ γένος. *Hæc vos, ô Athenienſes, omnes iuraſtis ſanctioribus illis ſacris, ante Dionyſij ſacra feſta, legitimum illud iuſiurandum, & precati eſtis ei quidem qui illud piè obſeruauerit, omnia proſpera & fauſta, peierranti verò omnia exitialia & toti familiæ ipſius.* Apud Demoſthenem verò κατὰ Κόνωνος αἰκίας[c], paulò aliter legitur, ſed eodem ſenſu, καὶ εἰ μὲν εὐορκῶ, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο, καὶ μηδέ ποτ' αὖθις τοιοῦτο μηδὲν πάθοιμι. εἰ δ' ἐπιορκῶ, ἐξώλης ἀπολλοίμην αὐτός γε, καὶ εἴ τι μοι ἐστὶν ἢ μέλλει ἔσεσθαι. *Aduerſus Cononis indignum facinus. Et ſi piè iuſiurandum obſeruo, multa mihi bona eueniant: nihilque tale patiar vnquam: ſi verò ſum periurus: malè peream, & ipſe, & quicquid mihi nunc eſt, aut futurum eſt.* Itaque ὅρκοις ἀραὶ *Iuramentis execrationes*, iunguntur frequenter apud auctores, vt apud Æſchinem aduerſus Cteſiphontem (vbi de Amphictyonum iureiurando, quod auctore Solone conceptum eſt) καὶ οὐκ ἀπέχρησεν αὐτοῖς τοῦτον μόνον τὸν ὅρκον ὀμόσαι, ἀλλὰ καὶ προστροπὴν καὶ ἀρὰν ἰσχυρὰν ὑπὲρ τούτων ἐποιήσαντο. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ, &c. *Nec ſatis ipſis fuit hoc ſolum iuſiurandum iurare, ſed etiam diras, & execrationes in his adhibuerunt. Sic enim ſcriptum eſt in illa execratione &c.* Et paulò pòſt, ταύτης, inquit, τῆς ἀρᾶς καὶ τῶν ὅρκων, καὶ τῆς μαντείας γενομένης, &c. *Hac execratione facta, hoc iureiurando*

a in apophthegmat.

b lib. 8.

c ad finem

*adhibito, hoc oraculo edito &c.* Item apud eundem de falſa legatione, apud Andocidem περὶ τῶν μυστηρίων in illo loco, καὶ ὑμᾶς ἀναμιμνήσκω τὰ γεγενημένα, οἵτινες ὅρκους μεγάλους ὀμόσαντες οἴσετε τὴν ψῆφον περὶ ἐμοῦ, καὶ ἀρασάμενοι τὰς μεγίστας ἀρὰς ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσι τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν, εἰ μὴ ψηφιεῖσθαι περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια, &c. *Vobis in memoriam reuoco præterita: vos qui magno iureiurando aſtricti fuiſtis, de me ſententiam tenetis, & diras imprecati eſtis, execrationes maximas addidiſtis contra vos ipſos ac veſtros omnes, niſi de me iuſtè iudicaretis.* Et Demoſth. ob idipſum τὴν ἀρὰν, καὶ τὴν ἐπιορκίαν, *Imprecationem & periurium* coniunxit in oratione περὶ παραπρεσβείας. Non modò autem οἱ βουλευταὶ vel ἡλιασταὶ, ſed etiam οἱ διαιτηταὶ (id eſt iudices, qui per ſingulas tribus creabantur numero quatuor & quadraginta, ætate verò annorum ſexaginta, vt Vlpianus Demoſt. interpres κατὰ Μειδίου, *contra Midiā* & Iul. Pollux lib. 8. notat) iureiurando ſe illo ipſo (vt arbitror) alligabant. Sic accipiendum puto quòd Demoſth. πρὸς Κάλλιππον ſcribit, οὗτος δὲ τὸν κατὰ τοὺς νόμους ἀπενηνεγμένον διαιτητὴν ἔπεισεν ἀνώμοτον διαιτῆσαι, ἐμοῦ διαμαρτυραμένου κατὰ τοὺς νόμους ὀμόσαντα διαιτᾶν. *adu. Callipum. Iſte verò ei qui ſecundum leges erat arbiter renuntiatus & delectus, vt rem iniuratus componeret, perſuaſit: me quantumuis conteſtante, vt ſecundum leges iuratus munere ſuo defungeretur.* Iudices quidem apud Romanos in ſingulis cauſis ac litibus iurabant tā ciuilibus quàm criminalibus, vt ex ſubiectis locis manifeſtū fiet.

a lib. 4. Cicero in Academicis quęſt.[a] Eā in cognitionibus modeſtiam iudices cōſeruaſſe ait, quæ iurati iudices cognouiſſent, vt ea non vt eſſe facta, ſed vt videri pronunciarentur, qua de re doctor meus in obſeruationibus

b lib. 3. ca. 26. [b] Itaque iurabant iudices: quod & alio loco idem Cic. indicat, vbi ſic

c pro Cluentio. loquitur [c], Illi audiebant de eo de quo iurati ſententias ferre debebant, & multam petiuit. Qua lege? Quòd in legē non iuraſſet, quæ res nemini vnquam fraudi fuit, & quod C. Verres prætor vrbanus homo ſanctus & diligens ſubſortitionē eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur, &c. Si ex lege ſubſortitus non erat Iunius, aut ſi in legem aliquando non iurauerat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluētio iudicabatur? & cognoſcite nunc id quod ad veſtrum iuſiurandum pertinet, quod veſtri iudicij eſt, quod vobis oneris impoſuit ea lex, qua coacti huc conueniſtis de criminib. veneni, &c. Idem Cicero

d lib 3. Offic. alibi ſic ſcribit [d], Cùm verò iurato dicenda ſententia ſit, meminerit Deum ſe adhibere teſtē, id eſt vt arbitror, mentē ſuā, qua nihil homini dedit ipſe Deus diuinius. Itaque præclarum à maioribus accepimus morē rogandi iudicis, ſi eum teneremus. Quæ ſalua fide facere poſſit,

e l. Pomponius. D. de re iudi. &c. Hactenus Cicero. Apud Paulum [e] Pomponius lib. 37. ad edictum ſcribit, Si vni ex pluribus iudicibus de liberali cauſa cognoſcenti de re non liqueat, cæteri autem conſentiāt, ſi is iurauerit ſibi non liquere, eo quieſcente cæteros qui conſentiunt ſententiā proferre, &c. Gellius a-

f lib. 14. cap. 2. licubi [f] refert ſe iudicio quo pecunia repetebatur additum iudicē, cùm actor non probaret, qui tamen erat expertæ fidei vitæque inculpatiſſimæ, reus contrà plenus perfidiarū & fraudū, neque vt Fauorinus philo-

ſophus

ſophus ſuaſerat, reum condẽnaſſe, ſed neque abſoluere voluiſſe. Quid autem fecerit, his verbis ipſe refert. Sed maius ego altiúſque id eſſe exiſtimaui, quàm quod meæ ætati & mediocritati conueniret, vt cognouiſſe & condẽnaſſe de moribus, non de probationibus rei geſtę viderer, vt abſoluerem tamen inducere in animum meum non quiui, & propterea iuraui mihi non liquere, atque ita iudicatu illo ſolutus ſum. Credo Põponiũ & Gelliũ ad veterem illum iuriſiurandi morẽ aſpexiſſe, quemadmodum & ad veterem illam formulã *non liquet*, de qua M. Tull. pro Cluẽtio ſic ſcribit: Deinde homines ſapientes ex vetere illa diſciplina iudiciorum, qui neque abſoluere hominem nocentiſſimũ poſſent, neque eum de quo orta eſſet ſuſpicio pecunia oppugnatum re illa incognita primo cõdẽnare vellent, non liquere dixerunt. Redeo ad Iuſiurandum. Aſconius auctor eſt [a], cùm multi iudices in conſilio cum prætore ſuo iudicaturi eſſẽt, qui quęſitor fuiſſet in publica cauſa, verbi gratia, repetũdarũ, ambit⁹, maieſtatis, neceſſe fuiſſe eos primùm de decuria Senatoria conſcribi cùm Senatus iudicaret, deinde in vrnã ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: tertiò, id eſt poſt vrnã permitti accuſatori ac reo, vt ex illo numero reiicerẽt quos putabãt ſibi aut iniquos, aut ex aliqua re incommodos fore, &c. Reiectione celebrata, in eorum locum qui reiecti fuerant, ſubſortiri ſolitum prætorem alios quibus ille iudicũ legitimus numerus cõpleretur, prima .n. ſortitio dicebatur. Sequitur deinde apud Aſconiũ, His perfectis iurabant in leges iudices, vt obſtricti religione iudicarent. Cùm iuraſsent oẽs præter ipſum prætorẽ, nomina eorum libellis, vt ſuprà diximus continebantur. Hęc Aſconius qui ſuprà dixerat haberi in officio prætoris, & in area reponi nomina iudicum ſelectorum. Cæterùm, quia iurabant iudices, ideo Quinctil. in Declam. [b] Non eſt (ait) iſta res iudicium: non horum qui ad certa iura, & quidem iurati conſedẽre: ideo in ſuprà dicto loco Aſconius idem apud Cicer. [c] hęc verba *iuratorum hominum*, ita exponit, Iudicum ſcilicet qui in leges antequam iudicarent, iurare conſueuerant. At qui eſt quod in eo loco quem adduximus ſuprà idem auctor ait. Iuraſſe oẽs præter ipſum prætorẽ, quod paulò pòſt etiam ad illa Cicer. verba *malim & iurato ſuam, &c.* iterat cùm ait, Cùm iudex ſit Metellus, tabellã iudiciariã iuratus accipiet. Cùm prætor fuerit, & non iurabit, quia non eſt moris, & in poteſtate habebit tabellas omniũ iudicum. Prætor initio magiſtratus iurabat, in ſingulis, vt puto, cauſis non iurabat, ꝙ erat annuus magiſtratus, niſi fortè id iurabat ſe optimum quemque in ſelectos iudices relaturum, quod Cic. pro Cluẽtio innuere videtur. Iudices ꝙ erant priuati nullóque magiſtratu fūgebantur, in ſingulis cauſis iurabant, ídque Iuſtin. his verbis tradidit [d], Cui enim non eſt cognitũ antiquos iudices non aliter iudicialẽ calculum accepiſſe, niſi priùs ſacramentum præſtitiſſent, omnimodo ſeſe cum veritate & legũ obſeruatione iudicium diſpoſituros? quæ verba ex iis quæ modò diximus exponi & illuſtrari poſſunt. Sãcit autem Imperator, veteris moris exemplo adductus, vt oẽs omnino iudices Romani iuris diſceptatores, non aliter litium pri-

[a] in comment. in 2. orat. in Verrem.
[b] Declam. 313.
[c] orat. 2. in Verrem.
[d] in l. rem non nouã. C. de iudi.

mordiũ accipiant, niſi priùs ante ſedẽ iudicialẽ ſacroſanctæ deponantur ſcripturæ, & hæ permaneant non ſolùm in principio litis, ſed etiã in omnibus cognitionibus vſque ad ipſum terminũ & definitiuæ ſententiæ recitationẽ. Hæc enim verba ſunt Imperatoris[a]. Atque horũ quidem, quæ de iudicũ, non item Prætoris iureiurando diximus, pleraque omnia decẽ annis poſt priorẽ huius commentarij editionẽ, à quodã Catuaco in ſuam Romani fori hiſtoriã relata video: quæ ſi ipſi placuerant, profectò non ita eſſe inhumanus debuit, vt noſtri mẽtionẽ aliquam non aſpergeret. Sed is ei mos eſt & in cæteris, quæ ex noſtris Semeſtriũ libris deſumpſit ad memoriam hiſtoriæ veteris Romanæ pertinentia: Atque hoc quidem obiter. Hodie in Gallia noſtra cùm ad vniuerſitatem cauſarum dentur, vt ita dicam, iudices, in ſingulis cauſis non iurant, idque ex conſtitutione D. Ludouici Frãcorũ Regis, de qua in quodam veteri libro manuſcripto (quo ius & Gallorũ & Romanorum verbis Gallicis, ſed antiquis à D. de Ionuilla expoſitum continetur) hoc legere me commemini[b] *Par l'ordonnance de S. Loys les Iuges font ſerment et iurent au commencement de leur maiſtriſe, mais non en chaſcune cauſe.* At profectò in Senatu Toloſano Senatores quotãnis ſolemne iuſiurandum præſtant: quod in Lutetiano, aliiſque (vt vocant) Parlamentis non itidem obſeruatur, & meritò, vt quidem videtur: cùm etiã ſi dũ eſt iuſtitiũ, à munere vacationem aliquot menſium habeant, perpetuo tamen honore ac magiſtratu fungantur. Quãquam deprauatis plerorumque huius in finẽ vergentis ſæculi hominũ moribus iterari vel quotãnis (ſi non quot menſibus) hoc iuſiurandum in omnibus maioribus minoribúſque iudicum tribunalibus atque ſubſelliis Reip. forſitã expediret: vt cauſam eſſe putẽ, quare Senatores Toloſanos ſuam retinentes conſuetudinem alij potiùs imitari, quàm aut reprehendere aut aſpernari debeant. Sed vt à Conſulibus, à quibus hæc tota diſputatio initium duxit, aliquando terminetur: vnũ hoc addã, quod erit lectu non iniucundũ, ex antiqua certè hiſtoria deprõptũ eſt. Vt in adminiſtrationis ingreſſu, ſic & in cinguli depoſitione, id eſt cùm ipſo magiſtratu perfuncti ſe abdicarent, honorẽque deponerent, ſolitos veteres iuriſiurandi religione adhibita palam affirmare, magiſtratum ex legũ præceptis atque inſtitutis à ſe geſtũ eſſe: Sic enim ad Traianũ Plin.[c] Itaque & abiturus conſulatu iuraſti te nihil contra leges feciſſe. Magnum hoc erat, quum promitteres: maius poſtquam præſtitiſti. Vnde intelligendum quod de vtroque C. Caligulæ & item Claudij principum iureiurando, cùm & conſulatũ inirent, eũque abiurarent, à Dione[d] ſcriptum legimus: ſic ferè: μετὰ δὲ τοῦτο ὑπατεύσας αὖθις τὸν μὲν τοῦ Διὸς ἱερέα ἐκώλυσεν ἐν τῷ συνεδρίῳ ὀμόσαι, &c. αὐτὸς δὲ καὶ ἐνιστάμενος, ἐς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀπαλλαττόμενος ἀπ' αὐτῆς ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις ἀπὸ τοῦ βήματος, ὃ δὴ καὶ μεῖζον τοῦ προτέρου ἐπεποίητο, ὤμοσε: *Poſthæc quum Conſul factus fuiſſet, rurſus Iouis ſacerdotem impediuit in collegio iurare, &c. Ipſe verò cùm Conſulatum iniret & ab eo diſcederet perinde ac reliqui, ex tribunali, quod ipſe magnificentius conſtruxerat, iurauit.* & poſtea de iureiurando in leges atque adeò in acta ſuperiorum principum (quorum placita, vigo-

a d. l. rem non nouã. §. 1. C. de iudic.

b cap. 86.

c in panegyr. Traian.

d lib. 58.

vigorem legis habere conſtitutum pridem eſt[a]) exacto & præſtito ab Imp. conſulatum ineunte, itémque in exitu magiſtratus: vbi de Claudio Imp. in hæc verba, ὑπάτευσε δὲ ὁ Κλαύδιος μετὰ Γαΐου Λάργου, καὶ ἐκείνῳ μὲν δὲ ἔτους ἄρξαι ἐφῆκεν, αὐτὸς δὲ δύο μησὶ καὶ τότε τὴν ἀρχὴν ἔσχε, καὶ περί τε τῶν τοῦ Αὐγούστου πράξεων τούς τε ἄλλους ὤρκισε, καὶ αὐτὸς ἐπώμοσε. περὶ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ οὐδενὶ τὸ παράπαν τοῦτο ποιῆσαι ἐπέτρεψε. καὶ ἐξιὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς αὖθις ὤμοσεν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. καὶ ταῦτα μὲν ἀεὶ ὁσάκις ὑπάτευσεν ἐγίγνετο. *Claudius Conſul fuit cum C. Largo, cui permiſit, vt toto anno Conſul eſſet: ipſe duobus menſibus eam dignitatem retinuit, & in acta Auguſti reliquos iureiurando adegit, ea ipſe quoque confirmauit: ſed in ſua acta hoc facere nemini permiſit. Et cùm illam dignitatem deponeret, rurſus iurauit, vt cæteri: idque quoties Conſul fuit, factum eſt.* Finem faciam. Ait Cic. in Piſ. Ego, cùm in concione abiens magiſtratu dicere à tribuno plebis prohiberer quæ conſtitueram, cúmque is mihi tantummodo vt iurarẽ permitteret: ſine vlla dubitatione iuraui, Remp. atque hanc vrbem mea vnius opera eſſe ſaluam. Mihi pop. Rom. vniuerſus illa in concione non vnius diei gratulationem, ſed æternitatem immortalitatémque donauit: cùm meum iuſiurandum tale atque tantum iuratus ipſe vna voce & conſenſu approbauit. Plutarc. verò in Cic. vita, in eandem ſententiam de tribunis loquens: οὐδ᾽ ἐπέτρεπον λέγειν, ἀλλ᾽ ἐκέλευον, εἰ βούλοιτο, μόνον περὶ τῆς ἀρχῆς ἀπομόσασθαι καταβαίνειν, κἀκεῖνος ἐπὶ τούτοις ὡς ὀμόσων προῆλθε, καὶ γενομένης αὐτῷ σιωπῆς ὤμνυεν, οὐ τὸν πάτριον, ἀλλ᾽ ἴδιόν τινα καὶ καινὸν ὅρκον, ἦ μὴν σεσωκέναι τὴν πατρίδα, καὶ διατετηρηκέναι τὴν ἡγεμονίαν. ἐπώμνυε δὲ τὸν ὅρκον αὐτῷ σύμπας ὁ δῆμος, &c. *Neque permiſerunt ei orationem ad populum habere, ſed eum deſcendere iuſſerunt: ita vt ſi vellet, Conſulatum, adhibito iureiurando, deponeret. At ipſa hoc conditione vſus, tanquam iuraturus proceſſit: atque ſilentio ei facto, iurauit, non conſuetum Conſulum Rom. iuſiurandum, ſed nouum ac peculiare. Se nimirum Patriam ſeruauiſſe & ab interitu Rom. imperium vindicauiſſe. Vniuerſus populus Rom. idem iurauit, &c.* Eandem hiſtoriam Dio quoque his verbis [b] complexus eſt, vbi de Cic. καταλέξαι πάνθ᾽ ὅσα ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἐπεποιήκει τῇ τελευταίᾳ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ ἐθελήσαντα ἐσίγασαν, οὐδὲ ἐπέτρεψαν αὐτῷ ἔξω τι τοῦ ὅρκου φθέγξασθαι συναγωνιστῇ Μετέλλῳ Νέπωτι δημαρχοῦντι χρησάμενοι, πλὴν καθ᾽ ὅσον ἀντιφιλονεικήσας προσεπώμοσεν, ὅτι σεσωκὼς τὴν πόλιν εἴη. *Poſtremo die quo Cicero abiturus erat è conſulatu, Quum vellet enarrare ea quæ in illo munere geſſerat: inimici eius eum tacere iuſſerunt, nec permiſerunt ei quicquam proloqui, niſi iuſiurandum illud quo Conſulatum abiurare conſueuerant: vſi adiutore Metello Nepote Tribuno plebis, veruntamen ipſe contrarium efficere contendens iurauit, ſe conſeruauiſſe vrbem.* Idem author de Bibulo Cæſaris collega in conſulatu ita loquitur, vt oſtendat abiturum magiſtratu veniſſe in forum iuriſiurandi præſtãdi gratia: ὥστε οὕτως ὁ Κλώδιος ἐπεστόμισε μὲν καὶ τὸν Βίβουλον ἐσελθόντα τε ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπ᾽ ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς, καὶ διανοούμενον μετὰ τῆς τοῦ ὅρκου πιστώσεως, καὶ περὶ τῶν παρόντων δημηγορῆσαι. *Hic igitur Clodius non permiſit Bibulum quicquam dicere egredientem è Conſulatu, & in fo-*

[a] l. 1. & toto tit. D. de conſtitut. princ.

[b] lib. 37. hiſtor.

*rum eo nomine ingreſſum: qui tamen decreuerat poſt eiurationem, orationẽ ad populum habere de rerum ſtatu.* In foro veteri adhibita iuriſiurandi religione magiſtratu abire ſolitos Rom. Herodianus etiam docet[a], vbi de imperatorum apotheſi loquitur his verbis, εἴς τε τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτιθέασιν, ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται. *In veteri foro proponunt, vbi Magiſtratus Romani iurant abituri magiſtratu.* Quod pro concione factum ait Cic. atque adeò pro roſtris: & (vt ex Dione antè diximus) ἀπὸ τοῦ βήματος, è ſuperiore loco. Sic enim ad Traianũ Plin.[b] Iam toties procedere in roſtra inaſcenſúmque illum ſuperbiæ principum locum terere, hîc ſuſcipere, hîc ponere magiſtratus, quàm dignum te quámque diuerſum conſuetudine illorum (Caium autem Caligulam notat, vt ex ijs quæ ſ. ex Dione[c] attulimus liquet: imò & Iulium ipſum, & Auguſtum, vt ex Suet.[d] quis facilè colligat, & Tiberium, & Domitianum) qui pauculis diebus geſtum conſulatum, imò non geſtum abiiciebant per edictum: hoc pro concione, pro roſtris, pro iureiurando ſcilicet, vt primis extrema congruerent: vtque hoc ſolo intelligerentur ipſi conſules fuiſſe, quòd alij non fuiſſent. Atque hæc quidem hactenus. Vereor enim, ne plures ſint futuri, qui de hoc genere me quòd nimium multa ſcripſerim, reprehendant: quàm quòd reliquerim quædam, accuſent.

a lib. 4. hiſtor.

b in panegyr. Traian.

c lib. 58.

d in Iulio cap. 76. Octauio cap. 26. Tiberio cap. itidem 26. Caio Caligula cap. 17. & Domitiano cap 13.

B... UNIVERSITARIA DE GRANADA

FINIS.